

LÜDERI MENCKEN
PHIL. ET I. V. D.
POSTEA IN ACADEMIA LIPSIENSI ANTECESSO
RIS ET ORDINARII GRAVISSIMI

DE
TERGO
SVBSIDIARIO

VVLGO
von
Bezahlung mit der Sauf
DISSERTATIO IVRIDICA



VITEMBERGAE


APVD EPHRAIMVM GOTTLLOB EICHSFELDIVM

diss. A
17

1737

(6)

a. LXXVIII. 17.





LECTOR BENEVOLE !



*N commendando Themate suo alii cu-
ram adbibent non exiguam, nec in-
fructuosam. A quo labore me rele-
uat materiae frequenter a Doctori-
bus commendatae necessaria cognitio
& insignis utilitas : Haec enim ef-
ficit, ut assidue in foro cathedraque
aures circumsonet miserum illud so-
lamen sub paupertatis onere ingemiscantur : Qui non ha-
bet in aere, luat in corpore. Ordinis igitur rationem lo-
co commendationis redditurus Cap. Imo Tergi Subsidiarii
Etymologiam, Homonymiam & Synonymiam. Cap. II.
Definitionem, Originem, Causam Efficientem & Subiectum.
Cap. III. Obiectum Generale & Speciale. Cap. IV. For-
matam, Finem & Effectum complectar. Faxit DEVS, ut
omnia competenter gerantur, Nou. 6. pr. & quae inchoata
sunt, bono exitu peragantur, c. 25. caus. i. q. i.*

A

CAP.

CAP. I.

EXHIBET

TERGI SVBSIDIARI ETYMOLOGIAM,
HOMONYMIAM ET SYNONYMIAM.

THES. I.

Tergi Sub-
sidiarii in-
troduction.

EQuidem propositi nostri ratio haud efflagitat scrupulosam verborum enucleationem, quae Grammaticis merito relinquitur, non tamen praetermittendum esse duximus, quod Tergi Subsidiarii nomen non solum Autoribus classi-
cis, sed Iuri Ciuli etiam incognitum, proximis abhinc seculis nasci & aneotericis Iurium Doctoribus agnosci coeperit *Zas. ad instit. tit. de Aet. §. Poenales n. 25. Schnei-
Etymolo- dew. in comm. Inst. cit. §. n. 55. Hillig. in Donell. lib. 23. c. 2.
gia verbi p. 1032. Spekh. cent. 1. qu. 40. n. 1. Moller. ad Const. Elect. 12.
Tergum. P. 4. n. 8.* Deducitur autem tergi vocabulum vel a te-
rere, quia tergum saepius teritur onere crebro, vel a
terra, ut alii volunt, hanc suae deriuationis reddentes
rationem, quod in tergo homines supini iaceant, &
item verbi super terra quiescant, *Hoffm. Tom. 1. Lexic. Univ. verb.
Subsidiari- Tergus.* Subsidiarii nomen vero a verbo subsidiari de-
um. scendit, & non infrequens est apud bonos autores, hinc
*Liutus cobortem subsidiariam, item subsidium parare, subsi-
diis legiones constabiliare dixit. Caesar, L. 2. de B. G. ait sub-
sidium bellissimum esse existimo senectuti otium.*

THES. II.

Tergi Sub-

Ad homonymiam conuersi titulum dissertationis
nostrae

HAD

A

nostrae spectamus vel *coniunctim*, vel *disiunctim*. *Con-sidiarii Ho-*
junctim vel *generalius* & *poenae tam ordinariae*, quam ^{monymia,}
subsidiariae, vel *specialius* & *poena saltem subsidiariae* ^{eaque spe-}
species est. *Generalius acceptum Tergum Subsidiari.* *coniunct-*
um comprehendit poenae corpus, coërcentis illationem, ^{etim, vel}
tam cum poena legitima elective concurrentem, quam *coniunct-*
in poenae pecuniariae locum subsidiarie surrogatam ^{etim vel}
l. 24. §. 3. ff. de Minor. l. 17. §. 4. ff. de Iniur. l. 49. ff. de Ad- ^{generalius,}
ministr. Et peric. tut l. 9. ff. de incend. ruin. l. 6. §. f. C. de lius.
mod. mult. *Specialius vero sumptum denotat tantum*
poenam corporis afflictuam, in locum aeris deficientis
succedentem, adeoque subsidiariam l. 7. §. 3. ff. de Iurisd.
l. fin. ff. de in ius voc. l. 6. C. de sepulcb. viol. l. 12. §. 5. Et 8.
C. de aedif. Priuat.

THES. III.

Tergum disiunctim capitur proprio pro corporis hu? *Disiun-*
mani parte posteriori, seu toto illo descensu ab occipite ^{etim, atque}
ad infimas usque nates *Iob. Magir. in Physiol. Perip. L. 5. prie, vel*
c. 10. §. 50. Et si. improprie vero, vt breuitati & instituto improprie.
seruientes alios significatus omittamus, frequenter usur-
patur pro ea corporis parte, quae plagis perpetiendis non
raro subiicitur, hinc eleganter Prudentius in Hymn. Sanct.
Rom.

Vix haec profatus fusionem praecipit
 Sublime tollant, & manu pulsent nates,
 Mox & remota veste virgis verberent,
 Tenerumque diris ictibus tergum secent.

THES. IV.

Subsidiarii vocula disiunctim considerata, vel ge- ^{Subsidiari}
A 2 ^{neraliter}

vox disiun- neraliter pro quo quis & adminiculo praestante, (vt est a-
etim vel pud Corn. Nep. in vita Pelopidae c. vlt. Ita persuasit The-
generaliter banis, vt subsidio Thessaliae proficierentur.) vel specialiter
sumitur, vel specia- pro adiutorio & refugio ultimo, ad quod quasi ad an-
liter. choram sacram quis confugiat, sumitur §. 2. Inst. de Sa-
tisd. tut. l. 1. pr. & §. 4. ff. de Magist. conven. Fuchs. Comm.
inst. ad d. §. 2. Vinn. Comm. Inst. ibid. n. 1. Sim. Schard.
Lex. Iurid. verb. Actio Subsidiaria. Carpzov. P. 2. C. 11. d.
41. n. 4.

THES. V.

Synony- Tergo Subsidiario aequipolle poena corporalis pro
mia Tergi multa surrogata, luitio subsidiaria corporis, alteratio,
Subsidiarii commutatio & conversio poenae pecuniariae in corpo-
ralem Speckb. cent. 1. qu. 40. Boer. Decis. 349. n. 11. item
subsidiaria & extraordinaria coercitio corporalis. Bender.
de revis. Conclus. 8. n. 25. vid. l. 1. §. 3. ff. de Poen.

CAP. II.

DE
TERGI SVBSIDIARII DEFINITIONE,
ORIGINE, CAUSA EFFICIENTE
ET SVBIECTO.

THES. I.

Definitio

Hilse generalibus de rubrica significatione praemis-
sis, ad ipsam progredimur definitionem; Et qui-
dem TERGVM SVBSIDIARIVM est pena delin-
quentium corpori, autoritate Legis & Magistratus, in lo-
cum poenae pecuniariae, quam ob inopiam soluere nequeunt,
inficta,

*inficta, vitae virtiosae emandanda & salutis publicae con-
seruanda gratia.*

THES. II.

Antequam vero ad alia perueniamus, de Tergi subsidiarii Origine, causa Efficiente & subiecto nonnihil praemitemus ; Est autem poena corporalis in locum pecuniarie ob inopiam delinquentis irroganda origine sua Iuris Naturalis, quod sicuti laesionem proximi turpem esse iudicat, ita impunitate malorum ferociam augeri, securitatem publicam euerti, iustissimamque laesam causam sine iuris praesidio relinqui non permittit, tantumque abest, ut hanc coercionem damnet, vt potius verbis Senecae L. 2. de Irac. 27. moneat, bonorum Magistratum castigationem sic accipiendam esse, quomodo scalpellum & abstinentia & alia, quae profutura torquent. Conf. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 20. tb. 6. vnde sit, quod Tergum Subsidiarium apud Gentes non paucas receperunt esse cernimus. Ita fuisse illud haud infrequens, de-^{a. Vsu a Gentibus} prehendimus in Romanorum & Barbarorum legibus antiquissimis, vid. Athalarici & Theodati Edicta, de quibus Cassiodor. L. 9. var. Epist. 2. & L. 10. Ep. 10. Gellius Noct. Attic. lib. 20. c. 1. Liu. Lib. 6. c. 34. Nepos in vita Miltiadis c. 7. in f. plura vid. apud Andr. Lipsk. cent. 1. Observat. 33. Ut unam saltem in fidem vocemus legem Moschowitarum, iure huius populi iniurians, qui soluendo non est, laeso traditur, vt eum vel mancipii loco retineat, vel in subsidium fustibus publice caedi mandet. Olear. in Itiner. Mosc. & Pers. L. 3. c. 6. §. Damit gleichwohl ic. cum quo conspirat id, quod monet Meius ad Jus Lubec. iniuriantem scilicet, si non habeat, vnde

A 3

nec

nec iudicio nec parti laesae soluat, in subsidium luere in corpore Lib. 4. art. n. tit. 4. atque ita communiter pronunciari in variis regionibus existimat n. 6. Conf. de Iure Saxon. Q. R. L. 2. a. 16. ibique Gloss. n. 6. & L. 3. a. 32. n. 9.

THES. III

Tergi Sub- Quemadmodom origine Juris Naturalis usque
fidiarii Causa Effi- Gentium non paucarum receptum esse Tergum Subsi-
ciens re- diarium ostendimus, ita determinatione illud Iuris Ci-
mota est uilis esse putamus, vnde causam illius Efficientem remo-
Ius Civile. tam constituimus Ius Ciuale, quod locis propemodum
Juris Ciui- innumeris tritissimam hanc regulam complectitur: Qui
lis Regula fundamen- non habet in aere, luat in corpore. l. 7. §. 3. ff. de Ju-
talis Tergi visd. l. 25. ff. de in ius voc. l. 9. ff. de incend. ruin. vlt. C. de
Subsidarii. mod. mult. l. 4. C. de serv. fugit. l. 12. §. 5. in fin. & §. 8.
C. de aedif. priuat. idemque nec a Feudali Iure 2. Feud.
§3. §. 1. in fin. nec a Canonico abhorret c. 17. X. de Ju-
daeis. & cap. finem litibus. 5. X. de dolo & contumac. cu-
ius regulae pleniore interpretatione in cap. 3. reiecta,
hoc loco dubia, quae contra eam moueri possunt, ex-
cutiemus. Grauiter autem regulae nostrae primo vi-
detur obstat, quod poena delicto commensurari de-
beat, inter poenam vero pecuniariam & corporis affli-
ctuam iusta non sit proportio, quo respicere credi pot-
erat Macer. in l. 10. §. fin. ff. de Pæn. dum solus, inquit,
fustium ictus grauior est, quam pecuniaria damnatio.
At salua res est: Non enim de poena corpus coercente
in locum pecuniariae iis irroganda loquimur, quos pa-
trimonii amplitudo ad aeris contemptum dolorisque sum-
mam auersationem dicit, sed de his, in quibus res an-
gusta

Obiectio
Prima.

Obiectio-
nis Resolu-
tio.

gusta domi miserumque paupertatis onus argenti desiderium, & infinitam propemodum aestimationem parit. His nummus alter quasi sanguis est, cum & famis sedandae ergo crima saepe conentur morte expianda, & non raro loris coerceri, quam fame premi malint, & a praestatione poenae pecuniariae per ipsam non habendi necessitatem excusentur. Impunes vero eos relinqui nec salus publica, nec iustum malos coercendi studium, nec iniusta laesae partis offensio patitur; iustissima igitur proportione pro poena pecuniaria corporalem, illi ex arbitrio iudicis aequipollentem, sustinent. Neque ab his diuersum sensit *Macer in cit. l. 10. §. f. ff. de Poen.* illius enim verba ex mente in tota lege expressa estimenda sunt *a. l. 17. l. 24. ff. de legib.* loquitur autem de eo casu, quo iudex furti reum non in duplum vel quadruplum condemnauerat, sed ultra meritum fustibus caedi iusserat; Vnde dubitatum, an infamia, quae condemnatum in actione furti comitatur *l. 42. ff. de V. S.* ob grauiorem poenam surrogatam *l. 13. §. 7. ff. de bis, qui not. infam.* a iudice censeatur esse remissa? Quod affirmatur, adducta ratione, quod solus fustum ictus grauior sit, quam pecuniaria damnatio, scilicet quando non ob rei inopiam, sed ad augendam poenae acerbitatem fustum ictus reo impositus est. Conf. *Donell. comm. l. 18. c. 8. l. ee. ibique Hillig.* Nec obstat, quod plebeiorum in d. §. quoque fiat mentio, hi enim intuitu vilioris conditionis, in qua sunt in ciuitate, si cum nobilioribus, ut decurionibus, conferantur, sic appellantur, non ratione copiae aut inopiae argenti: quandoquidem opes, monente *Seneca Ep. 87.* & lenoni & lanistae contingunt, & pecunia sic in quosdam homines viles & impuros quomodo

modo denarius in cloacam cadit. Ut raseam imparitate in casu inopiae inter fustigationem & poenam pecuniariam admissa ratione destitui, *text.* in l. 12. §. 5. 8. C. de aedif. *Priu.* 2. F. 13. §. fustigationem in locum poenae

Obiectio secunda. pecuniariae surrogantes. Secundo nihil contra thema nostrum facit responsum *Vlpiani* in l. 6. §. f. ff. de off.

Resolutio prima. *Praef.* in quo dicitur: Remissam propter inopiam multam a Provincias regentibus exigi non debere, nam (1.) non remittendam esse semper mulctam, sed aliquando moderari ac remitti eam posse propter inopiam, inde

secunda. colligitur (2.) non de poena qualibet, sed in specie de mulcta dictus textus loquitur, quae, cum non ex lege certa sed arbitrio iudicis relicta sit, minui & nonnunquam in praecuditum fisci remitti potest a. l. 244. ff. de V. S. i. l. 10. ff. *Jure Fisc.* *Bach. Comm.* in prim. Part. *Pand.* ad l. 6. §. f. ff. de off. *Praef.* *Anton. Matth.* de crim. l. 47. t. 3. c. 3. n. 6. *Wissenb.* ad d. l. 244. ff. de V. S. n. 2. *Iul. Clar. Sent.* L. 5. §. fin. qu. 95. num. 8.

THESES. IV.

Tergi Subsidiarii causarum proximam esse Magistratus competentis sa efficiens proxima est arbitrium l. 1. §. f. ff. de Pœn. l. 4. C. de seru. fugit. qui magistratus reum aeris inopia laborantem ad poenam corporis afflitionis arbitris etiam condemnat, ne impunitate pro flagitio gaudeat, um, idque vel iudiciorum vigor & juris publici tutela corruat, quae diuiditur poenarum severitate bonos defendit, priuatisque vindicta in limitatum & illimitatum. Ita priuata interdicit a. l. 14. C. de Iudaicis. l. 5. C. de bis qui ad Eccl. config. Est autem hoc iudicis arbitrium vel determinatum, seu limitatum, vel indeterminatum, seu illimitatum. d. l. 1. ff. de Pœn. l. 12. §. 5. 8. C. de aedif. *Priu.* Hoc

Hoc toties Locum habet, quoties lege certa poena corporis afflictiva pecuniariae surrogata non est l. i. §. f. ff. de Jure delib. l. i. §. i. ff. de Effraet. & expilat. Meu. P. 7. Dec. 226. n. 3. Gail. L. i. O. 87. n. 1 Carpz. P. 4. C. 17. d. tum est vel 12. n. 6. Determinatum est tale, vel ratione qualitatis tale ratio- pœnae irrogandae tantum; sic verberatio definita in cas. ne pœnae q u a l i t a s i l. 12. §. 5. '8. C. de Ædif. Priu. l. 9. ff. de Incend. ruin. nauf. 2. tantum, vel F. 53. §. 1. carcer in ord. Crim. art. 216. vel ratione quali- ratione tatis & quantitatis simul, ita pro multa unius sexagenae qualitatis nouae carceris pœnam ad triduum dictari solere in Sa- tatis simul. xonia, obseruauit Carpz. Pr. Cr. qu. 133. n. 47.

THESS. V.

Quoniam vero poena ab incompetente iudice iure imponi non potest l. 2. C. de Pæn. l. 4. C. de Seru. fug.

Brunn. ad d. l. 2. C. n. 3. vel in primis hoc loco inuesti- Qv. An gandum erit, an haec pœnae corporis afflictivæ in locum pe- Tergum cuniariae surrogatio Magistratui non tantum merum, sed et- Subsidiari um perti- iam mixtum imperium babendi permittenda sit? Quod ex neat ad Magistra.

Iure Ciuli primum, deinde ex Iure moderno deciden- tum me- dum uenit. Et secundum Ius Ciuale quidem illa pœ- rum, aut nae pecuniariae corporalem commutatio (si facultatem mixtum ex causa iudicati deducendi condemnatum in carcerem imperium ha- publicum excipias) videtur iudici merum imperium ha- benti esse propria: (1.) enim in contractibus Tergo Sub- sidiario locus non est, quandoquidem nullam habere imperium creditur actionem, cui propter inopiam aduersarii inanis pertinet. Ratio pri- ma est actio l. 6. ff. de dolo mal. I. l. 2. C. de Exact. trib. Mem.

P. 13. Decif. 354. Brunnem. ad l. 7. ff. de Jurisd. n. 3. Ja- son §. Pænales de act. n. 43. in delictis vero Magistratus mero imperio destituti iis coercendi modis, qui illis vir- tute mixti imperii sunt permissi, non tam corporis affli-

B

gen-

secunda. gendi, quam suae iurisdictionis tuendae gratia utuntur
l. i. §. f. l. f. §. i. ff. de off. eius cui mand. iurisd. (2.) non
 frustra in *l. i. §. f. ff. de Pœn.* Tergum Subsidarium ad
 Praefectos vel Praesides, qui de Publico vel priuato cri-
 mine extra ordinem cognoscunt, refertur, & inopia la-
 borans libertus, qui 50. aureos soluere nequit, patrono
 non impetrata venia in ius vocato, a Praefecto Vrbi qua-
 si inofficiosus castigatur. *l. f. ff. de in ius voc.* solebat e-
 nim is in quem grauius, quam Praetoria iurisdictione per-
 mittebat, animaduertendum erat ad Praefectum Vrbi
 remitti puniendus *l. i. §. f. ff. & l. 2. ff. de Suspect. tut.*
 id quod vel manifestissime in hac materia indicat *l. 4. C.*
de serv. fug. quae in eum, qui ad Pœnam pecuniariam
 soluendam non sufficit, aestimatione competentis iudi-
 cis castigationem procedere tradit *l. l. 6. C. de Sepulch.*
 viol. (3.) Iudex qui merum imperium non habet ad pœ-
 nam pecuniariam infligendam obstrictus, neque impun-
 nem relinquere potest reum, quia dispensandi arbitri-
 um penes ipsum non est *a. l. 15. C. de Pœn. l. 27. ff. eod.*
 neque eundem in pœnam corporis afflictuam condem-
 nare, quoniam hoc terminos iurisdictionis competentis
 egreditur *a. l. i. ff. de off. eius cui mand.* Ergo necesse
 est, ut reum ad Magistratum merum imperium haben-
 tem puniendum remittat fac. *a. l. 9. §. f. ff. ad L. Jul.*
Pecul. iung. Nou. 15. c. 16. Conf. Scipio Gentil. de iurisdic.
l. 3. c. 11. Anton. Capicius dec. 27. n. 19. Paulus. de Castro in
l. f. ff. de in ius voc. n. 5. Caepoll. Tr. Cautel. caut. 16. Bar-
tol. in l. f. ff. de in ius voc. Hinc testatur *Julius Clarus.*
Sent. L. 5. §. f. qv. 95. n. 2. quod, cum in Senatu Medio-
 lanensi haec pœnae pecuniariae in corporalem commu-
 tatio Senatui sit propria, in grauissimam reprehensio-
 nem inciderit Praetor, qui inconsulto senatu fustigatio-
 nem

VVLGO : Von der Bezahlung mit der Haut. II

nem ob aeris inopiam reo dictauerat. Confirmata sic sententia nostra reliquum est, vt ad ea, quae scrupulūm iniicere possunt, respondeatur; vbi in primis cum Bartolo conflictandum est, qui hanc pœnae pecuniariae in corporalem conuerzionem in pr. t. de Iurisdict. l. I. ad Iurisdictionis simplicis gradum secundum retulit, cum quo ita disputabimus, vt ne quidem illud, quod Obiecto pro ipsius sententia afferri potest, dissimulemus. Facit prima Bar. autem pro Bartolo (l.) vulgatum iuris axioma : Surro. gatum sapit naturam eius, cuius in locum surrogatur a. l. 10. §. 2. ff. si quis cau. l. 18. ff. quod met. caus. Atqui pœna corporalis in pecuniariae locum surrogatur, cuius dictatio & executio Magistratui ciuilem jurisdictionem habenti permissa. E. corporalis quoque pœna ab eodem Responsio dictari & executioni mandari potest. At sicuti dictum ad obiecti. axioma in materia iurisdictionis applicatu difficultimum esse, ex l. 5. ff. de iurisd. &c. 3. X. de off. & Pot. Jud. del. constat, ita tum demum subsistit, cum inter surrogatum, & id, cui fit surrogatio, non intercedit notabilis diuersitatis ratio a. l. 1. §. 13. ff. de success. edict. Aug. Barbos. L. 17. c. 59. ax. 3. verb. Limita octavo, quae nostro casu in promtu est: pœna enim pecuniaria in delictis a Magistratu, qui mero imperio destituitur, reis infligi potest, corporis afflictua non item l. 1. §. 7. de Off. Praef. urb. (2.) secunda ex Sententiae Bartoli patrocinari videtur l. 35. ff. de Iniur. Iniur. vbi Vlpianius inquit: Si quis iniuriam atrocem fecerit, qui contemnere iniuriarum iudicium possit, ob infamiam suam & egestatem, Praetor acriter exequi hanc rem debet, & eos, qui iniuriam fecerunt, coercere, cui dubio vt occurreret Antonius Faber, violentas textui intulit manus, & pro Praetore Praefectum substituit, quam corrigendi licentiam Imperatori quam ICto conuenien-

B 2 tio-

tiorem recte reprehendit *Pachou.* in l. t. §. 7. ff. de off. Paef. *Vrb.* suosque acriorem quoque animaduersionem habere gradus animaduertit, at quinam gradus in d. l. intelligi possit, non designat; in eum igitur ut inquiramus res exigit. De carcere autem sensisse ICTum nec a uerbis legis, neque ab Historia Romana uidetur esse alienum. Nam coërcitionis uocabulum secundum materiam substratam & Potestatem Praetoris recte intelligi potest de coërcitione modica a. l. f. §. 1. ff. de off. eius cui mand. iurisd. quae per coniectionem in carcere quo-

Responsio. que fit l. 9. f. f. ff. ad L. Jul. Pecul. Et haec quidem prima ^{ad} coërcitio acris dicitur executio oppositiae ad poenam pecuniariam ab his, qui pecunia non indigent praefandam: eorum enim intuitu multo grauior uidetur corporis coërcitio, quam poenae nummariae solutio. Huic interpretationi suffragatur Historia Romanarum legum, quae, cum summum ab initio rigorem in eos, qui soluendo non erant, statuerent, successu temporis mitigatae sunt. *Confer. Hotomann. ill. qu. 26. per zot. praecipue postquam per legem Iuliam cessionis beneficium debitoribus datum est l. 4. C. qui bon. ced. poss. ne iudicati detraherentur in carcerem l. t. C. d. t. l. l. 42. ff. de Re iud. Scipio Gentil. de Iurisd. L. t. c. 13.* Ad beneficium hoc cessionis iis, qui ex delicto debitores sunt, nullibi concessum est, quippe qui tanquam uiolatores legum hoc beneficio legis indignissimi sunt. a. l. 30. ff. ad SCT. Vell. l. 37. ff. de Minor. l. 52. ff. de re iud. Anton. Perez. in C. t. qui bon. ced. poss. n. 10. Couarruv. Var. Resol. L. 2. c. 1. n. 8. Menoch. de A. J. Q. cas. 447. n. 17. Ergo Praetor eum, qui contemnere iniuriarum iudicium ob egestatem possit, rete in carcerem duci imperat. fac. N. 135. verb. dum corporis

poris supplicium illi remittitur. I. l. 7. C. qui bon. ced. poss.
 Evidem sunt, qui carceris hanc poenam Iuri Ciuli in-
 cognitam esse credant v. Corass. SCtor. Tholos. c. 43. Sed
 eos tutissime de p̄petuo carcere sensisse existimabimus:
 carcerem enim publicum ad tempus dictatum inter pu-
 niendi nonnunquam modos Iure Ciuli relatum Prae-
 torique permisum fuisse, vix inficiabitur, qui l. 1. §. f. ff.
 de Aleator. l. 2. 3. ff. de Custod. & exhib. reor. l. 8. §. 9. ff. de
 Poen. I. l 35. ff.l. 6. C. eod. & Ord. Crim. art. u. 157. Studi-
 ose excusserit, Conf. Zigler. ad Inst. I. Canon. L. i. t. 20. §. 4.
 verb. immutandi. Wissenb. adff. P. 2. Disp. 37. tb. 24. Groe-
 new. de LL. abrog. ad L. 6. C. de Poen. n. 3. Cuiac. l. 14. O.
 34. Scipio Gentil. de Iurisd. l. 1. c. 6. Conf. Bach. ad Tr. V.
 2. D. 31. tb. 4. lit. d. verb. carcer. Tabor. in comm. ad art.
 157. Ord. Cr. tb. 25. p. 450. Echold. compend. ff. t. de Poen.
 §. 3. ibique Magnif. Schwendendorff. Hahn. ad Wesenb. t. de
 Poen. n. 4. Job. Altbus. Dicaeolog. L. 1. c. 98. num. 43. Cae-
 terum non tuerit absurdum, si haec displicerit inter-
 pretatio l. 35. ff. de Iniur. eandem de vilioribus personis
 explicare, in quas animaduertendi ius non raro apud Ro-
 manos etiam Magistratibus mero imperio destitutis da-
 tum est. a. l. 15. ff. de cond. caus. dat. Scipio Gentil. de Ju-
 risd. l. 3. c. n. Cuiac. ad N. 13. lit. g. Bartol. ad l. ff. de con-
 dict. caus. dat. n. 2. Adeo autem in competentem iudi-
 cem esse eum, qui mero destituitur imperio, nobis per-
 suademus, ut nihil intersit, siue ab initio ob perspectam
 rei inopiam, siue ex postfacto, lata iam sententia pecu-
 niariam poenam continente deprehensa que delinquen-
 tis egestate, poena pecuniaria in corporis afflictuam
 commutanda sit. De causis enim ad merum imperium
 pertinentibus ob coercitionis atrocitatem iudicandi po-

Responsio
 secunda
 ad d. l. 35.

Ampliatio
 Decisi
 Quaestio-
 nis princi-
 palis.

testatem non habet alius, quam cui hac lege, Scto, vel constitutione Principis est tributum, inquit *Eapinianus* in l. 1. ff. de off. eius. cui mand. Iurisd. Scipio Gentil. de Iurisd. Lib. 3. c. 11. cui sententiae neque causae connexitas

Obiectio. neque incidentia aduersantur. Non connexitas, quia nisi a conexitate haec poenae commutatio non tam diuersum a priore causatum iudicio iudicium constituit, quam sententiam a iudice petitae re-ciuili latam is, qui merum imperium habet commutati-folutio. one poenae pecuniariae in corporalem adiuuat, ne ob rei inopiam plane inanis sit a. l. 1. ff. 7. ff. de off. Praef. vt taceam causae connexitatem in causis meri imperii eodem destitutis iudicandi facultatem non tribuere, ceu colligi potest ex *Menoch. de A. I. Q. cas. 371. n. 23.* Non praebet causae, vt loqui solent, incidentia iudici ciui-lem iurisdictionem habenti ius convertendi poenam pe-

Obiectio- cuniariam in corporis afflictuam. Quamuis enim pro-nis ab inci-pter ea in integrum restituzione iudex delegatus ab or-dentia cau-sae desum-dinario iudice, qui tantummodo facultatem iudicandi tac resolu-habet, cognoscere possit. c. g. X. de in integr. rest. & ius iudicandi de causa seculari incidente Dd. Iur. Canon. vulgo etiam iudici ecclesiastico tribuant a. c. 12. de sent. excomm. 6. Conf. Matth. de affl. L. 1. rubr. 17. Const. Neop- n. 34. a diuersis tamen inde ad effectum tribuendi actum mero imperio proprium iudici, qui hoc imperium non habet, infertur: nam in integrum restitutio iurisdictionis est l. f. C. qui & apud quos in integr. rest. Bach. ad Tr. V. 1. D. 3. tb. . 4. l. c. in concedenda autem potesta-te iudicandi iudici Ecclesiastico in causa seculari inci-dente, nec inter Dd. satis conuenit, monente *Menoch. d. l. n. 13. & Covarruv. Pract. q. 34. n. l. iung. Cravett Conf. 233. n. 3.* nec causae ecclesiasticae criminalibus ratione iu-ris.

risdictionis & huius priuilegii pares videri possunt fac.
I. 14. l. 16. ff. de ll. Caeterum quia carcer inter poenas
 Iure canonico c. 3. de Poen. in 6. Schilter. diff. Iur. Ciuit.
 & Can. tb. 17. verb. custod. & moderno v. Ord. Cr. art.
 257. referri solet, *Gudelin. de Iure Nouiss. l. 6. c. 16. §. Reli-*
quae. Carpz. Pr. Cr. qu. 130. a. 8. Groenew. de ll. abrog. ad
l. 6. C. de poen. n. 3. ius commutandi poenam ob egesta-
tem in poenam carceris iudici inferiorem iurisdictionem
possidenti merito tribuimus. vid. consultiss. Dn. D.
Praeses in Addit. Ipr. Struu. L. 3. t. 9. a. 2. dummodo
huius limitata plerumque carcere plectendi potestas ad
poenam pecuniariae aequipollentem extendatur; Quo-
ties vero ad statuendam poenae paritatem, vel ad fusti-
gationem, vel ad eam carceris diuturnitatem, quam de-
finire iudici inferiorem iurisdictionem habenti non li-
cet, perueniendum fuerit, iudici superiore iurisdictione
vtenti causam esse committendam credimus. Conf.
Carpz. Pr. Cr. qu. 109. n. 26. seqq. & praec. vid. n. 36. 64.

THES. VI.

Antequam vero ad Tergi Subsidiarii Subiectum
 progrediamur, circa magistratus competentis in surro-
 ganda hac poena arbitrium vna alteraue quaestio expe-
 dienda venit; Et primo quidem quaeritur: *An magistratus* Qu. An-
debitore soluendo non existente ex officio, vel parte aduersa Magistra-
dissentiente, poenam corporalem in locum poenae pecuniariae debito-
substituere queat? Respondeo, uel ex delicto agitur cri-
 minaliter, vel ciuiliter. Quando criminaliter agitur ad
 poenam pecuniariam fisco applicandam, iudici potestatem
 conuertendi poenam pecuniariam in corporis afflicti-
 uam concedimus, quoniam hanc poenae commutatio-
 nem

corpora-nem lege permittente suscipit. a. l. 6. §. f. ff. de off. Praef.
 lem in lo. I. l. 1. §. f. ff. de Poen. Menoch. de A. l. Q. cas. 447. n. 5.
 cum pecu- niariae Vasquius l. 3. contr. c. 96. n. 30. At quoties ciuiliter a-
 substituere gitur ad poenam actori applicandam, actor vel in hanc
 queat? conuersionem consentit, eamque fieri posse haud insi-
 Re p. di- stinguend. ciamus a. l. 7. §. 3. ff. de Iurisd. l. f. ff. de in ius voc. l. 2.
 do. §. 1. ff. de Reb. Cred. vel non consentit, & tum siue id
 quod soluendum est rei persecutionem respectu actoris
 siue poenam contineat a. c. 5. X. de Dol. & Contum. a-
 ctore ius suum remittente aut dilationem, vsque dum
 reus soluendo existat, concedente poenae peccuniariae
 commutationem in corporalem a Iudice fieri non posse
 existimamus: Actor enim creditor est illius, a quo poe-
 na pecuniaria exigenda a. l. 12. ff. de V. S. & iuri suo
 exigendi neque renunciare a. l. 29. C. de Paet. l. vn. C.
Ne quis invit. ag. neque dilationem debitori suo, quod
 remissione debiti, quam facere potest, minus est, con-
 cedere prohibetur. *Iul. Clar. sent.* L. 5. §. f. qu. 95. num.
 4. cum & alias aliud pro alio inuito creditori iure non
 soluatur l. 2. §. 1. ff. de Reb. Cred. l. 16. C. de Solut. Boer.
Decis. 349. n. 8. verb. secundo. Menoch. de A. l. Q. L. 2. cas.
 447. n. 16. Couarrur. Var. Resol. l. 2. c. 1. n. 8. Iason. tr. | de
Aet. §. Poenales. num. 46. adeo quidem, ut idem esse sta-
 tuendum putemus, si non inuento solutionis remedio,
 debtor in custodia carceris per accidens vitae dies tran-
 sigat. v. N. 135. Boer. Decis. 349. num. *Iul. Clar. Sent.* l. 5. §.
 fin. qu. 95. n. 4. iung. Carpz. P. 2. C. El. 22. d. 10. Diff. Paul.
 Obiectio de Castro ad l. f. ff. de in ius voc. n. 3. Neque ab illa quae-
 Gomesii ex stionis huius decisione nos dimouet ratio dissentientis
 L. 55. ff. de Gomesii Tr. de Aet. §. Poenales. n. 16. qui remissionem
 Leg. I. partis iudici negligendam esse putat per regulam: Pro-
 uisio

visio legis tollit provisionem hominis l. 55. ff. de leg. 1.
 lex autem poenam corporalem in locum pecuniariae
 substituit; Ergo frustra hominis i. e. creditoris volun-
 tas in remittenda hac poena spectatur: nam dictae Re- Responsio
 gulæ locus est, quoties lex simpliciter & exclusiue ratio-
 ne voluntatis vel interesse partis prouidet, non vero
 cum partis voluntatem & ius principaliter respicit, at-
 que ita hypothetice prouidet, quod hoc casu fieri vix
 quisquam inficiabitur a. l. f. ff. de in ius voc. l. 12. ff. de
 V. S. l. vn. C. vt nem. inv. ag. videatur. Tab. & Barbos.
 Axiom. l. 14. c. 104. ax. 5. item Paul. de Castro. ad L. f. ff.
 de in ius voc. n. 3.

THES. VII.

Secundo quaeritur: *An iudicis arbitrium, quando illi relictæ est poenae infligendæ determinatio, ad poenae pecuniariae commutationem in corporalem peruenire queat?*
 Quod affirmandum omnino est, quandoquidem Iudex obstrictus esse videtur, ut poenam legitimam imponat ex arbitrio suo non affectata vel seueritatis vel clementiae gloria l. 11. 13. ff. de Poen. l. 3. ff. de Accusat. l. 1. §. 4. ff. ad SCt. Turpill. iung. Ord. Crim. art. 89. Bartol. ad l. 1. §. 5. ff. ad. L. Iul. de Adult. n. 13. Carpz. Pr. Cr. qu. 106. n. 10. Iul. Clar. sent. lib. 5. §. fin. qu. 12. n. 21. legitima vero poena est corporis coercitio in locum pecuniariae poenae apud gentem substituta l. 1. §. f. ff. de Poen. Iul. Clar. Sent. lib. 5. §. f. qu. 85. n. 11. N. O. l. 6. §. f. ff. de off. Praef. qua motus in contrariam sententiam abire videtur Costal. in d. l. 6. nam a facultate remittendi & temperandi poenam pecuniariam ad remittendi necessitatem & prohibitam illius in poenam cor-

C

poris

poris afflictuam conuersionem non valet consequentia.
vid. Menoch. de A. L Q. Lib. 2. cas. 447. n. 5.

THES. VIII.

Qv. an ho- Tertio in dubium vocari potest : *An bodie Magi-
die Magi- stratus suo arbitrio, an vero ad consilium Peritorum bane
stratus suo arbitrio, poenae commutationem facere debeat?* vbi distinguendum
an vero ad erit : nam vel, deficiente legis speciali determinatione,
consilium Peritorum poena pecuniaria exigua est, ita ut eidem paucissimo-
hanc poe- rum dierum incarceratio aequipolleat, vel tanta, vt car-
nae com- ceris poena diuturnior aut grauior quaedam corporis
mutatio- coercitio dictanda sit, priori casu poenae pecuniariae in
nem face- re debeat? corporalem commutatio secundum prudens periti iudi-
Resp. dist. cis arbitrium fieri potest ; Posteriori casu vero Peritos
in hac commutatione poenae pecuniariae corporalem
consuli necessarium est, quoniam tum hic ipse coercen-
di modus ad Iurisdictionem Criminalem refertur a. art.
105. & f. Ord. Cr. Carolinae. iung. Blumenlach in comm. cit.
ord. Resolut. Grav. Sax. de Anno 1609. gr. 5. vid. Steph. ad.
d. art. fin. O. C. Carpz. Pr. Cr. q. 116. n. 27. 28. Philipp.
Vf. Pr. Inst. l. 1. Eccl. 23. n. 5. Wunsch. Tr. de Actis iudic.
c. 13. §. 9. praecipue si in commutanda poena moueri
queat inter iudicem superiore & inferiore iurisdictione
gaudentem controversia a. l. vn. C. Ne quis in sua. caus.
Conf. Carpz. Proc. T. 3. a. 4. n. 104. id. L. 2. Resp. 14. n.
17. adeo quidem ut sententiam non consultis Peritis la-
tam casu nullitatis arguat a. c. cum olim de his, quae fiunt
a Prael. Matth. de Afflict. in Const. Neop. L. 1. Rubr. 45. n. 28.

THES. IX.

Qv. An Iu- Quarto inuestigandum est hoc loco : *An iudex reo
sol-*

soluenda non existenti in vicem poenae pecuniariae ultimum d^ex reo
 supplicium irrogare quent? Quod omnino negandum solvendo
 esse existimamus. Quanquam enim in poenis arbitra- stenti in
 riis nonnunquam ad ultimum simplicium peruenire li- vicem poe-
 cet, ceu nullo negotio ex l. 9. ff. Extraord. Crim. l. 5. §. nae pecu-
 f. ff. ad L. Iul. repetund. l. 3. l. ff. de Sepulcb. viol. l. 11. ff. niariae ul-
 de Poen. euincitur. Anton. Matth. de crim. proleg. c. 4. n. Supplici-
 v. Anton. Gomez. var. Resol. Tom. 3. c. 16. n. 8. praeципue um irro-
 quando ipsa lex ob circumstantiarum grauitatem adulti- gare que-
 mum supplicium ex arbitrio iudicis imponendum pro- at? Resp-
 greditur Ord. Crim. art. 112. P. 4. Concl. El. 43. Carpz. Pr.
 Cr. q. 133. n. 25. Menoch. de A. I. Q. l. 1. qu. 86. n. 1. non Neg.
 tamen quisquam, vt opinor, diffitebitur maximam in-
 tercedere inter poenam pecuniariam & ultimum suppli-
 cium inaequalitatem, quandoquidem poena pecuniaria
 delicti omnem aestimationem exhaust: nulla vero pe-
 cuniaria aestimatio aestimationem non recipit l. 1. §. 5.
 l. f. ff. de his qui effud. vel dei. complectitur; Quoniam
 igitur inter poenam pecuniariam & mortis iusta non est
 proportio, ab ultimi supplicii in pecuniariae locum sur-
 rogatione merito sibi temperat iudex, qui infinitam
 poenam pro delicto finitam aestimationem continente
 non esse irrogandum meminit l. 11. ff. de Poen. l. 4. §. 1.
 ff. de incend. ruin. nauf. vid. Carpz. Pr. Cr. qu. 77. n. 47.
 Clud. tr. de condit. furt. c. 50. n. 41. Anton. Matth. de crim.
 l. 47. t. 1. c. 1. n. 6. Faber. Racemat. Cr. ad art. 160. ord.
 Crim. 9. 18. p. 504.

THESES. X.

Quinto expedienda est breuiter controuersia: An Qv. "An
 Magistratus sine offensi consensu poenam pecuniariam, quae Magistra-
 tus sine of-
 ob

fensi con- ob rei inopiam in corporalem conuertenda esset, remittere
fensu poe- ssit? Vbi distinguendum esse putamus inter magistra-
nam pecu- niam, tum superiorem, qui iure maiestatis gaudet, & inferio-
rem, qui vel vi iurisdictionis Patrimonialis, vel ratione
in opiam in corpore officii de poena pecuniaria in corporalem commutanda
ralem con- solicitus est: Eum, qui iura maiestatis habet, poenae
vertenda esse, re- pecuniariae ciuili lege constitutae veniam recte conce-
mittere dere credimus a. l. f. C. de ll. l. i. §. 10. ff. de Postul. l. i.
possit? C. de Sent. pass. Et rest. cum Princeps lege ciuili maior
Resp. Dist. sit, & de eadem liberum habeat dispensandi arbitrium.

Zigl. de Iure Mai. l. i. c. 8. th. 2. Bartol. in l. 2. C. de Prec.
imper. offer. n. 3. Daniel Moller. Semestr. l. 3. c. 31. per An-
ton Matth. de Crim. 48. t. 19. c. 5. n. 2. Heig. P. 2. q. 22.
n. 7. Iul. Clar. Sent. lib. 5. §. f. qu. 95. n. 2. nisi eadem
poena pecuniaria priuato sit applicanda, cui ius quaesi-
tum ipsam poenam exigendi vel conuersionem in poe-
nam corporalem postulandi, neutquam salua aequitate
a Principe adimi potest a. l. 62. ff. de Paet. l. 2. ff. de bis
qui sunt sui vel alien. iur. l. 4. ff. de Natal. rest. l. fin. C. Si
contra ius vel utilit. Ferdin. Kasqu. Contr. l. i. c. 15. n. 1.
Gloss. L. R. lib. 3. a. 32. lit. b. Vnde Elector Saxoniac
Augustus, viuae memoriae, teste Mollero d. c. 31. n. 1. cum
cuidam ad intercessionem aliorum poenam mortis re-
misisset, ius viduae haeredisque interemti se remittere
nec posse nec velle, rescripsit. Quod si tamen Reipubl.
salus etiam illius iuris, quod priuato quaesitum est, re-
missionem imperet, eandem in Principis arbitrio con-
stitutam esse existimabimus, quia tum publicae salutis
cura priuatae utilitati praferenda, & extraordinariis
Reipubl. morbis extraordinariis remedii consulendum
est. a. l. 10. C. de Fer. l. 14. C. de Oper. publ. l. 2. §. 16. ff.

Ne

*Ne quid in loco publ. 2. F. 52. Iul. Clar. Sent. lib. 5. §. f. q.
95. n. 3. Decius Cons. 520. n. 5. Gail. l. 2. Obs. 56. n. 4. eo
tamen casu pro circumstantiarum ratione ab ipsa Re-
publ. parti satisfieri aequum est a. l. 13. §. 1. ff. Comm.
Praed. Ferd. Vasqu. d. l. n. 11. Caeterum Magistratus,
qui patrimoniale vel ratione officii competentem iu-
risdictionem habet, non libero dispensandi, sed per le-
ges limitato mitigandi vel remittendi poenam arbitrio
gaudet, neque ad poenae huius pecuniariae remissio-
nem sine causa iusta & in aequitate naturali fundata
peruenire potest, quandoquidem is ad legum civilium
normam adstrictus est l. 15. ff. ad Munic. l. 8. §. f. C. ad
L. Iul. de vi publ. L. 3. C. Ne sanet. baptism. inter l. 1. §. 4.
ff. SCT. Turpill. Vasqv. c. l. n. 12. & ex aequitate non
tam remissionem dare, quam legem scriptam iuste ap-
plicare atque interpretari potest. a. l. 11. l. 13. ff. de
Poen. l. 27. ff. de Poen. l. 5. §. 2. ff. de Poen. l. 51. §. 2.
ff. ad L. Iul. l. 13. §. 7. ff. de his qui not. inf. Mo-
uente igitur iusta delicti circumstantia ead. poena, qua-
tenus iudicis utilitatem respicit a. l. 6. §. de off. Praef.
non vero in partis praeiudicium, vel remitti potest, vel
minui d. l. 6. §. f. Didac. Couarruv. var. Resol. L. 2. c. 9. n.
8. Hart. Pst. O. 165. n. 11. vel in poenam corporis afflicti-
uum pecuniaria leuorem conuerti. vid. Carpz. Pr. Cr.
qv. 150. n. 79. 81. 90. Damboud. Prax. Crim. c. 147. iung.
Resol. grav. de Anno 1653. 57. tit. von Justit. Sachen. grav.
59. Zogl. de Iure Mai. l. 1. c. 8. tb. 15.*

THEs. XI.

Sexto quaeritur, *An Magistratus, poena pecunia-
ria per sententiam iam dictata, ob deprehensam rei inopiam* Qv. An
*Magistra-
tus, Poena*

pecuniaria in poenae pecuniariae locum poenam corporalem substituere per Sen- tentiam possit? Quod affirmandum esse putamus cum Brunne- iam dicta man. in l. 6. s. 1. C. de mod. mult. num. 13. quamuis enim ta, ob de- iudex, posteaquam semel sententiam dixit, iudex esse prehensam desinat, & amplius sententiam suam corrigere nequeat, rei inopi- am in poe- l. 42. l. 55. ff. de Re iud. ibique Brunnem. Couarruv. Var. nac' pecu- Ref. l. 2. c. 9. n. 8. & propterea in contrariam propemo- niariae lo- cum poe- dum sententiam concedat Bach. in l. 6. §. f. ff. de Off. nam cor- Praef. quem sequitur Tab. & Barbos. Axiom. l. 14. c. 41. poralem substituere ax. 19. recte tamen ad ea, quae nobili iudicis officio ex- possit? pediri queunt d. l. 55. non esse extendendam, monet Bar- Resp. Affir. tol. d. l. 55. n. 2. fac. a. l. 6. s. f. C. de mod. mult. praeci- Obiectio Dd. ex L. pue cum ipsa necessitas poenae commutationem impe- 42. & 55. ff. ret, quoties delinquens poenae a lege determinatae de Re iud. est incapax. a. l. 2. C. vt intra cert. temp. crim. quaest. l. 51. Responsio. §. f. ff. ad L. Aquil, id quod exemplis declarat Iul. Clav. Sent. l. 5. §. f. qv. 85. n. 11. Ferd. Vasqv. Controv. l. 3. c. 96. num. 30.

THES. XII.

Qv. An non a corporali poena in locum pecuniariae surroganda liberandus sit na in lo- reus, qui vna vel pluribus dilationibus concessis, vel opera- cum pecu- rum praestatione, se soluturum vel satisfacturum creditorii sur- niariae sur- roganda li- promittit? Id quod recte negari credimus: nam cre- berandus ditori delinquentis ius exigendi solidum quaesitum est, sit Reus, qui vna vel pluribus §. 1. ff. de Vsur. Bach. V. 2. D. 20. tb. 2. lit. b. Franc. Ho- dilationi- tom. qv. illustr. 22. dilatione vero impetrata tempore mi- bus con- nus soluitur l. 12. §. 1. ff. de. V. S. §. 33. I. de Aet. Prae- operarum terea particularis solutio non minima habet incommo da-

da. l. 3. ff. fam. herc. & inuito obtrudi nequit ; opera- praestatione
 rum vero in pecuniae locum substitutio naturam refert se solu-
 satisfactionis, non solutionis, quae satisfactio non nisi satisfactu- turum vel
 creditore volente liberat l. 6. §. 1. ff. Quib. mod. pign. vel rum pro.
 hypoth. cum aliud pro alio inuito creditori non soluatur mittit ?
 Resp. Neg.
 l. 2. §. 1. ff. de Reb. Cred. l. 16. C. de Solut. v. Carpz. P. 2.
 C. 22. D. 16. Groenew. de LL. abrog. ad l. 6. §. f. ff. de off.
 Praef. n. 4. vbi praeiud. Dissentire videtur Colerus Decis. Obiectio
 234. n. 40. seqq. eo quod Subsidiarium hoc appelletur re- dissentien-
 medium, adeoque bonis existentibus, vel solutione ob- tis Coleri.
 lata, adhiberi non possit ; sed illi dubio facile satisfiet,
 si Tergum Subsidiarium legitima demum solutione i. e.
 totali & parata pecuniae debitae praestatione declinari
 dixeris. Interim ipsa aequitas desiderabit eiusmodi sa-
 tisfactionem, cum quantitas valde exigua debetur, ad-
 mitti, reoque modicum tempus ad solutionem facien-
 dam arbitrio iudicis indulgeri a. l. 105. ff. de solut. l. 21. §.
 1. ff. de const. pec. i. l. 1. §. f. ff. de iure delib. Berl. P. 1.
 concl. 28. n. 44. Carpz. P. 2. C. 22. D. 16. n. 10. ii. vbi prae-
 iud. Menoch. de A. I. Q. L. 2. cas. 27. n. 5. Jacob. Concenat.
 Qu. Iur. Sing. l. 1. qu. 3. num. 13.

THES. XIII.

A Tergi Subsidiarii Causa Proxima conuertimur subiectum
 ad illius Subiectum, quod constituunt homines noxii Tergi Sub-
 pauperes, seu ea patrimonii angustia laborantes, ut poe- sidiarii
 nam pecuniariam praestellare non possint l. f. ff. de in ius sunt homi-
 voc. l. 6. §. f. C. de Mod. mult. Germanis : die Blutarmen, pauperes.
 i. e. non habentes, quo sanguinem suum redimant. Hil-
 lig. ad Donel. l. 23. c. 7. lit. d. p. m. 1033. Licet enim
 paupertas onus & miserum & graue, imo Ætna grauius
 vulgo

vulgo audiat & bonos quosuis ad commiserationem, Principes vero iustos ad amplissimam priuilegiorum collationem commouerit, de quibus praeter alios tractat Benineas. *de Priuil. Paup.* qv. 4. seqq. Speckb. *Cent. I. v. 37.* neque ignotum sit, Iuris Canonici Doctores (de Papicolarum praecipue circa hanc regulam rigore *Conf. Tabo Racem. Crim. I. tb. 64. Anton. Gomez. var. Ref. L. 3. c. 1. n. 85.*) a regula iuris: Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, etiam quoad conscientiae forum absoluere eos, qui poenitentiam seriam testati ablata restituere nequeunt fac. c. 3. X. *de furt. c. quanquam. X. de usur. Couarruv. Rel. I. in cap. peccatum. n. 2. Roland a Valle conf. 87. n. 42. 43. Euerbard. Speckb. cent. I. qv. 37. n. 13. Petr. Peck. ad Reg. Iur. Canon. c. 4. de R. I. in 6to. n. 7. delictis tamen & sceleribus paupertas patrocinium impetrare nec debuit, nec potuit l. 4. §. 1. & 2. ff. Quod cum eo, qui in alien. pot. l. 18. §. 1. ff. de solut. Matrim. can. ne amissio caus. 23. qv. 4. quoniam frustra legis auxilium implorant, qui contra leges peccant l. 37. §. 1. ff. de minor. nihilque impunitate grauius Rempublicam laedit, in qua, si gregem pauperum, ex ipsa necessitatis & egestatis invitatione nihil non ausurum, extra poenae metum collocauerit, sursum deorsum ferentur omnia, ipsaeque leges a iustitia commendatissimae ludibrium merebuntur, vnde fit, quod poenae corporalis in pecuniariae locum apud legenos surrogatio, ex ipsa necessitatis & aequitatis lege profecta in bene constitutis Rebuspubl. natales vetustissimos nouissimamque obseruantiam prodit P. 4. *Const. El. 12. ibique Moller. n. 8. Carpz. P. 4. Const. II. d. 7. n. 6. & Prax. Cr. P. I. qv. 34. n. 49. it. P. 3. qv. 102. n. 55. Menoch. L. 2. de A. I. Q. Cas. 147. n. 1. cum seqq.**

THESES.

THES. XIV.

Quamvis autem varie Dd. omnino, quis pro paupe- Quis hic
re habendus sit, exponant, idque, cum speciali lege vel ^{pro paupe-}
statuto determinatum non est, recte arbitrio iudicis ex dus sit.
regionum, personarum, causarum, temporumque qua-
litate definiendum relinquant a. l. 10. ff. de accusat. j. l. 49.
§. 5. C. de Episc. & cler. l. 1. §. 2. ff. de Jure delib. l. 32. ff.
de usur. v. Cravett. conf. 199. n. 8. Bartol. in l. si constante. ff.
solut. matr. n. 13. seqq. Jas in d. l. si constante. n. 147. seqq.
Everhard. Speckb. Cent. 1. qu. 38. Carpz. P. 3. Const. El. 13.
d. 21. Myns. Cent. 4. obs. 97. n. 9. Gail. L. 1. O. 142. n. 7.
Menoch. de A. l. Q. L. 2. cas. 65 n. 8. seqq. Mascard. in Tr.
de Probat. Concl. 154. n. 8. Mev. P. 5. dec. 83. n. 5. nos ta-
men hic pauperem appellamus eum, qui pecuniam, in
quam condemnatus est, solvere non potest l. 7. §. 3. ff. de
jurisd. l. f. ff. de in ius voc. l. 9. ff. de incend. de qua pau-
pertate ut constet excuti ejus bona tam ante quam post
sententiam possunt Paul de Castro in l. si quis ff. de Ju-
risdict. n. 9.

THES. XV.

Quando autem pauperes in subsidium poenae pe- Qvaeſt. An
cuniariae poenae corporis afflictuae subiici afferimus, ^{haec poenæ}
non minima inter Doctores oritur contentio, An haec ^{surrogatio} in solis vil-
poenae surrogatio in solis vilibus & ignobilibus personis, an ^{bus & igno-}
vero etiam in honoratis & nobilibus obtineat? Ita enim personis,
Bartol. in l. 1. §. f. ff. de Poen. Iason. in §. poenales. de Act. ^{an vero et-}
n. 44. Everhard. Speckb. c. 1. qu. 40. n. 5. Schneidewin. d. §. ^{iam in ho-}
Poenales n. 58. hanc poenae pecuniariae commutatio- nobilibus
nem in corporalem ad seruos aliasque personas viles re- ^{obtineat?} Rsp. affirm.
D strin-limite.

stringunt, contra *Gomez de Action.* in §. Item si quis n. 42. *Menoch. de A. I. Q. Lib. 2. c. 447. n. 13.* haesitabundus licet, item *Boer. Decis. 349. n. 11.* contendunt, personas nobiliores ab hac poenae pecuniariae in corporalem conversionem non esse eximendas, quorum sententiae nostrum quoque calculum adiicimus. Nam eadem impunitatis evitandae necessitas, quae surrogationi poenae corporis afflictuae in locum pecuniariae apud viliores ansam dedit, nobiliores impunes non relinqui praecipit, qui honoris fructu delinquendo se indignos reddiderunt a. l. 12. *C. de dignit. & a censu eorum, qui poenam pecuniariam egentes elidunt in l. 1. §. f. ff. de Poen. exclusi non sunt, praecipue cum huic opinioni manifeste satis suffragetur text. 2. F. 53. §. 1. qui in iudicibus maioribus, id est, magistratibus maioribus cum imperio & potestate talibus a. l. 32. ff. de *Iniur. j. l. 2. ff. de in ius voc. corporis coercitionem cum verberibus, deficiente pecuniaria poena ob inopiam, permittit, nec non l. 10. §. 2. ff. de Poen.* quae non tantum in plebeiis, sed etiam in decurionibus (at Decurionatus dignitas est l. 6. ff. de *Decurion.*) poenam corporalem in locum pecuniariae substitui posse docet; Hinc deficiente nummarta praestatione Clericos carceris poena affici tradit *Boer. c. l. it. Menoch. n. 7. de quorum dignitate & praerogativa uid. Zigl. ad Inst. Iur. Can. L. 4. t. 13. §. 3. Schilt. Inst. Iur. Can. l. 1. t. 17. §. 16. seqq.* Eandemque poenam in quaestoribus approbat P. 4. *Const. El. 41. ibique Carpz. d. 4. it. Pr. Cr. qu. 85. n. 26 seqq.* imo in Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Capitaneis eam non incognitam esse meminit *Job. Anton. in Comm. ad text. 2. F. 53. §. 1. n. 1.* Interim iudicis officio conuenit, non eandem in omnibus de-*

delinquentibus & inhonestioribus non nisi lege exigente a. l. 28. §. 2. ff. de Poen. poenam corporis afflictuam grauiorem decernere, sed studiose personarum dignitatem et inde nascentem grauiorem, ex poena etiam leuiore, dolorem perpendere, ne iusta, quae inter delictum & poenam intercedere debet, proportio violetur. a. l. 11. l. 41. ff. de Poen. Vnde plerumque in carceris poena subsister, nec ad fustigationem, nisi rarissime, perueniet, ipsiusque carceris qualitatem & diuturnitatem ex personae conditione diligenter ponderata, definiet. conf. Carpz Pr. Cr. P. 3. qu. 133. n. 46. Tiraquell. de poen. cauf. 31. n. 5. Caeterum frustra laborant, qui thesin nostram restringunt ad solos eos, qui dolose & scientes se non esse soluendo inopiae fiducia deliquerunt: hanc enim poenae pecuniariae in corporalem commutationem necessaria impunitatis euitatio, non solus delinquentium dolus imperat. a. l. 9. ff. de incend. ruin. nauf. f. l. ff. de in ius voc. Bartol. in l. 1. §. f. ff. de Poen. Iul. Claz. Sent. l. 5. §. f. qu. 95. n. 8.

THES. XVI.

Praeterea dum in hominibus noxiis Tergum Subsidarium suum sibi vindicare locum dicimus, a Tergo Subsidario excludimus innocentes, & res delicti incapaces; Inter innocentibus referimus haeredes defuncti, qui ex eius delicto non tenentur, quia per mortem rei ipsum regulariter delictum extinguitur l. 6. ff. de Publ. Iud. l. 2. l. 7. C. si reus vel accus. mort. l. 6. C. ad L. Iul. Maj. Philipp. Vf. Pr. Inst. l. 4. Eccl. 86. n. 14. Carpz. Prax. Cr. qu. 131. n. 30. seqq. & Poena vltius progredi non debet, quam reperitur delictum l. 21. C. de Poen. nam vnuquisque ex

D 2

suo

suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur l. 26. ff. eod. quod vel maxime in Tergo Subsidiario corpus non nisi nocentis affligente afferitur. vid. Theod. Coll. Cr. Disp. 10. th. 3. lit. a.

THES. XVII.

Sed quid de Fideiussoribus sentiemus, qui se reum grauioris cuiusdam criminis iudicio sistere velle promittunt, neque tamen eum secundum conventionis legem Qv. An Fi- listunt, *An non iisdem poena corporis afflictua, si poenae pe- deiusori- bus poena cuniariae soluendae impares sint, imponi poterit?* Non po- corporis test illis poena corporalis infligi, quandoquidem ex con- afflictua, si tractu debitores existunt, reique principalis locum nec poenae pe- cuniariae subierunt, nec per conuentione subire potuerunt, soluendae quoniam sua se conuentione nemo ad cruciatum cor- im pares poris, cuius dominium non habet, obligare potest a. sint, impo- ni possit? l. 13. ff. ad L. Aquil. & fideiussor huiusmodi vel conuen- Resp. Neg. tiae vel arbitrio iudicis determinandae pecuniariae quan- titatis ex contractu debitor est a. l. 4. ff. de cust. reor. vid. Carpz. Pr. Cr. P. 3. qu. 112. n. 94. Bartol. in d. l. 4. ff. n. 1. quem pro reo principali corporis supplicium pati valde iniquum foret, quandoquidem hac via nec reus emen- datur, nec iis, quorum interest reum puniri, satisfit, nec in Republica exemplum statuitur, quo alii a delinquen- do deterreantur. Et quidem fideiussor hic vel ab initio soluendo non fuit, vel ex postfacto esse desiit, si ab ini- tio, imputandum magistratui, qui minus idoneum fi- deiussorem admisit l. 10. §. 1. ff. de Satisf. a. l. 19. ff. de R. Iur. l. 203. ff. eod. Si ex postfacto, qui facultatibus citra dolum lapsus est, beneficio cessionis bonorum uti non prohibetur. l. 1. l. 4. C. Qui bon. ced. poss. N. O. Quod omnem Obiectio

omnem obligationem pro contractu haberi velit ICtus
in l. 20. ff. de Iudic. atque inde homo, qui delinquendo
 suum corpus grauissimis cruciatibus exponere potest, ne
 quidem conuentione corpus, suum obligare prohibeatur ; nam quod Paulus illic ad declarandam fori com-
 petentiam affert, in qua eadem est delicti & conuenti-
 onis ratio *a. l. 21. ff. de O. & A. j. l. 1. C. vbi de Crim.* ad
 quoslibet effectus alios, in quibus dispar ratio apparet,
 frustra & contra legis mentem extenditur *l. 17. ff. de ll. j.*
pr. f. de Obl. quae ex del. nasc. omitto contractus voca-
 bulum *in d. l. 20.* valde generaliter capi, ceu patet *ex l.*
l. l. 7. ff. de Paet. Struu. S. I. C. Ex. 6. th. 29. conf. plur. An-
 ton. Matth. de crim. *l. 48. t. 14. c. 2. n. 14.* Bach. ad Tr. V.
2. D. 28. tb. 3. l. a. verb. quondocunque Arum. ad ff. D. 23.
tb. 1. Andr. Lipsk. c. 1. O. 15. num. 5. seqq. Wissenb. ad ff. P.
2. Disp. 27. tb. 3. Groenw. ad L. 4. ff. de custod. reor. Dis-
 sent. videtur Menoch. de A. I. Q. l. 2. cas. 304. n. 1. Quod Limitatur.
 si autem fideiussor dolo malo, cum sciret se non esse
 soluendo, animo colludendi cum reo fideiusserit, vel
 dolo non sistat eum, quem sistere posset, quin poena
 pecuniaria in corporalem, extraordinario hoc criminis
 urgente, conuerti possit, non esse ambigendum existi-
 mamus *a. d. l. 4. ff. de custod. reor.* ibique Bartol. n. 1. Brun-
 nem. ad d. l. 4. n. 3. Tbeod. Coll. Cr. Disp. 4. thes. 13. lit. b.
 Caeterum alia est illius, qui pro debito incarceratedum
 eximit, conditio : is enim pari quasi lege in locum di-
 missi surrogatur, ac proinde cum soluendo non est, cor-
 poraliter coerceri potest : hanc enim poenam delictum
 exemptionis meretur *a. l. 3. C. de Exaet. trib. l. un. C. de*
Colon. Illyr. iung. O. C. a. 180. vid. Gomez. ad §. 12. I. de aet.
n. 45. Iason. add. §. 12. de Aet. n. 102. Philipp. vs. Pr. I. l.
4. Eccl. 19.

THES. XVIII.

Cessat Ter. Delicti incapaces sunt res inanimatae, vt & bruta: gum Subsi- Inter inanimatas referuntur cadauera defunctorum, in diarium in quae regulariter animaduertendum non est propterea, rebus ina- quod defuncto eo, qui reus fuit criminis, ipsa poena nimatis.

extincta est l. 6. ff. de *Publ. iud.* & corpus inanimatum o- mnis sensus expers poena afficiente sensum frustra coer- cetur. *Anton. Gomez. Var. Resol. Tom. 3. c. 1. n. 78.* nisi criminis commissi frequentia & atrocitas aliquod poenae simulacrum desideret in terrorem aliorum a. l. 28. §. 15. ff. de *Poen.* l. 1. ff. de *Cadau. punit.* vbi vid. *Brunnem.* item *Heig.* P. 2. q^u 37. n. 32. seqq. vnde fures hodie in patibu- lo, latrones in rota relinqui solent &c. Sed ad hunc animaduertendi modum in subsidium, ob non solutam poenam pecuniariam, haut esse, citra legis dispositionem, perueniendum, nemo non videt, qui in delictis valde atrocibus ad eum poenae rigorem saltem perueniri cer- nit. *Carpr. Pr. Cr. qu. 131. n. 42.* Multo minus in aedes, statuas similesque res inanimatas Tergum Subsidarium statui affuerabimus: huiusmodi enim res non in aliud finem diruuntur, quam vt vel scandali memoria abole- arur, odiique vestigium in rebus, in quibus & per quas delictum perpetratum, extet, vel ipsa ruina in crimi- bus atrocissimis de scelestissimo sui quondam possesso- ris facinore praetereunte commoueat, ostendatque diui- ni humanique iuris contemtorem ad infelicem luce in- dignissimi rei memoriam apud posteros refricandam, sa- xa, lapides &c. prouocasse, viatoresque omnes sub dira paris supplicii comminatione a nefandis huiusmodi au- sibus deterrituros *Hunn. Coll. Crim. Disp. 6. §. 28.* *Theod.*

Coll.

Coll. Cr. D. 10. tb. 3. lit. b. Carpz. Pr. Cr. qu. 131. n. 14. Petr.
Heig. P. 2. qu. 37. n. 4.

THESS. XIX.

Bruta etiam, quae non intellectu, sed naturali im-item in petu feruntur, a Tergo Subsidiario excludimus. Equidem ^{Bruta.} Plinius l. 8. c. 16. scribit, visos esse leones, a quibus vrbes obsessae, in Africa crucifixos, Daniel. Moller. Semestr. l. 3. c. 7. n. 6. iumentum, cui in atroci raptus criminis rapta imposita erat, occisum esse, commemorat, porcum vero suspensum esse, qui puerum occiderat, recenset Iul. Clar. Sent. lib. 5. §. f. qu. 99. n. 8. ast cum animalia haec destituantur ratione, & in eadem nulla iniuria nullumque ius cadat l. 1. §. 3. ff. Si quadrup. paup. facile constat, bruta haec non propter reatum puniri, sed oculis hominum & conspectui subduci, ne contaminata nefario flagitio turpissimi facti memoriam refricent mortalibus c. mulier. c. 15. qu. 1. vtque tam graui in se animaduersione doceant homines, quam horrenda sint scelera, propter quae sanctissimum iudicis officium etiam in animalibus ratione destitutis vindictae vestigium apparere voluit. vid. O. C. a. 116. Carpz. Pr. Cr. qu. 131. n. 16. Et haec rationis generalitas facit, quo minus assentiatur Iul. Clar. cl. illam in bruta animaduersonem ad solum crimen Sodomiae restringenti, ceu recte animaduertit Anton. Matth. de Crim. in Procl. c. 2. n. 4.

CAPVT.

CAPVT III.

DE

OBIECTO TERGI SVBSIDIARII GE-
NERALI ET SPECIALI.

THES. I.

Tergi Subsidarii Obiectum generali et speciali. **H**actenus de Subiecto Tergi Subsidarii tractatum, iam ordinis ratio ad OBIECTVM dedit, de quo pri-

mo generaliter, secundo specialiter, facta scil. eiusdem delicta.

ad varias delictorum species applicatione agendum erit.

Cum vero eidem sine dubio in delictis locus relinquatur, quorum necessaria coercitio huic poenae surrogationi ansam dedit, siue haec delicta dolo, siue culpa lata aut leui commissa sint *a. l. 9. ff. de incend. ruin. naufr. l. 28. §. 12. ff. de Poen. Bartol. in l. 1. ff. de off. Praef. vig. n. 5. Carpz. Pr. Cr. qu. 39. n. 48. seqq.* inuestigandum est: An

Ampliatus Tergum Subsidiarium non tantum in leuioribus, sed etiam i.) siue fint leuioribus delictis obtineat? Quod omnino affirmandum ue graui esse putamus; Evidem grauiore delicto commisso, acerbior solet quam pecuniaria poena imponi *a. l. 2. ff. de Publ. Iud. at quoniam per dispensationem Principis poena mortis naturalis, vel alia grauior animaduersio non raro in pecuniariam praestationem conuertitur a. l. f. C. de LL. Carpz. Pr. Cr. qu. 150. n. 56. Groenew. de LL. abr. ad L. 6. §. f. ff. de off. Praef. n. 4.* quo minus eadem

in corporis afflictionem ob rei inopiam transmutetur, nihil impedit: eam enim tum rarissime citra enormis facilitatis notam remitti facillime, videt, qui plenissimam impunitatem Reipublicae valde noxiam esse animaduer-

tit *Carpz. d. l. n. 81. id. qu. 34. n. 49. Moller. ad P. 4. C. El.*

12. n. 8.

THES. II.

THES. II.

Quod de poena pecuniaria in delictis in poenam Ampliatur corporalem commutanda asterrim, est summa, quod mi-^{2.} siue sint reris, cum fiducia Dd. vulgo ad poenam ordinariam re-^{ordinaria,}
stringunt, nec obtinere existimant, quando iudex ex ar-^{s. extraor-}
bitrio suo reis mulctam dictauit, cui soluendae rei non
sufficiunt, ducti autem, vel potius seducti, sunt hi Dd.
Responso *Vlpiani* in l. 6. §. f. ff. de off. Praef. ceu vide-
re licet apud *Bartol.* in d. l. 6. §. f. n. 2. l. c. *Costal.* ibid.
n. 14. *Euerbard.* *Speckh.* Cent. 1. qu. 40. n. 9. *Iason* in §. Pœ-
nales. de action. n. 49. *Schneidw.* in d. §. n. 61. Tab. & Bar-
bos. Ax. l. 10. c. 31. ax. 1. n. 5. Rectius enim d. l. 6. §. f. An-
ton. Mattb. de Crim. l. 48. T. 3. c. 3. num. 6. Et *Julius Clav-
rus* Sent. l. 5. §. f. qu. 95. n. 8. de potestate Praesidis re-
mittendi vel minuendi poenam pecuniariam non de
necessitate intelligunt, cui sententiae in terminis, ut
loquuntur, calculum suum adiicere videtur *Menoch.* de
A. I. Q. l. 2. cas. 447. n. 9. nec non *Carpz. Pr. Cr. qu. 130.*
num. 4. Nam licet in potestate iudicis situm sit, quan-
tam dictare velit multam, eamque magistratus aequitate
motus vel minuere vel remittere possit, cum lege cer-
ta quantitas illius expressa non est l. 224. ff. de *V. S.* non
tamen inde inferri potest, impunem relinquendum esse
reum, qui pecuniariam poenam egens eludit: hoc enim
neque legis dispositio a. l. 11. ff. de *Poen.* l. 1. §. f. ff. eod.
patitur, neque publica utilitas permittit, quae perpetua
impunitate praecipue eorum, quos vitae vilitas & ege-
stas ad delinquendum inuitat, grauissime labefactatur
a. l. 51. §. f. ff. ad L. Aquil. l. 6. §. f. C. de Mod. mult.

E

THES. III.

THES. III.

Limitatur
1. in deli-
ctis leuis.
2. in minimo
soluendo
cessar.

Sicuti vero Dd. plerosque in superiori quaestio-
nibus legibus esse mitiores ostendimus, ita nonnullos ri-
simis, gori nimis addictos esse deprehendimus, dum vel in le-
cum quis uissimis delictis reos vel in minimo saltem nummo sol-
nummo uendo non existentes in corpus coerceri posse, affirmant
Menoch. de A. I. Q. l. 2. cas. 447. n. 8. Iul. Clar. Sent. lib.
5. §. q. 95. n. 6. Gomes. in §. Poenales. de Act. n. 19. quam
sententiam iniquitatis accusat *Gotfred. ad l. 4. C. de Seru.*
fug. lit. g. Boer. Decis. 349. n. 8. Iason. ad §. Poenales de
action. n. 50. Groenev. d. B. abrog. in l. i. §. f. ff. de Poen.
Euerhard. Speckb. Cent. 1. qu. 40. n. 8. quandquidem in le-
uioribus causis proniores ad lenitatem quam seuerita-
tem iudices esse debent, docente *Marciano in l. ii. ff. de*
Poen. Quemadmodum praetor ob rem minimam extra-
ordinarium restitutionis remedium denegat *l. 4. §. ff. de*
in integ. rest. l. 10. ii. ff. de dol. mal. uid. Bartol. in d. l. 4.
ff. de in integr. rest. Bachou. ad τεῶτ. p. m. 946. ita videri
absurdum non potest, si iudex ob minimum delictum
vel unius nummi residuum ad hanc extraordinariam
corporis coercitionem non perueniat *a. c. 9. X. de Poen.*
l. 6. §. f. ff. de Off. Praef. poenas enim interpretatione
mitigari conuenit *l. 32. ff. de Poen. j. c. odia de R. I. in 6to.*
Quod si tamen delinquentium multitudo, vel alia con-
currens circumstantia delictum alias leuissimum aggra-
uet, idem a numero leuissimorum delictorum esse exi-
mendum putamus *a. l. 6. §. i. l. 16. §. f. l. 28. §. 3. ff. de*
Poen. Confer. Bender. de Reuision. Concl. 8. n. 28. 29.

THES. IV.

Limitatur
2. in Con-
tractibus.

An non autem in contractibus, debitore soluendo non
existen-

existente, ad poenam corporis afflictuam in locum solutionis substituendam perueniri poterit? Negandum hoc esse existimamus cum Brunnem. in l. 7. ff. de Iurisd. n. 3. Boer. Decis. 349. n. 8. Schneidvv. ad §. Poenales I. de Act. n. 57. Iason ad d. §. n. 43. August. Barbos. Axiom. l. 14. c. 41. ax. 19. n. 1. Sola soluendi impotentia, cum plerumque a casibus fortuitis dependeat, actionem creditori competentem inanem reddit l. 6. ff. de dol. mal. non magistratui ius ad poenam corporalem transeundi tribuit, ne is, qui nec dolo, nec culpa deliquit, poenam sentiat a. l. 22. C. de Poen. (2.) Publico iure concessum est debitoribus ex contractu beneficium cessionis l. 1. l. 4. C. qui bon. ced. poss. quo liberrime utentes carcerem effugiunt, multoque magis grauiores in corpus ad nimaduersiones, cui beneficio ne quidem ab hisce debitoribus renunciari posse, non sine ratione visum. a. l. 6. ff. de Appell. l. 71. §. 2. ff. de Condict. & demonst. l. 14. §. 1. ff. Solut. Matr. Anton. Perez. ad C. t. qui bon. ced. poss. n. 29. Brunnem. in l. 2. C. qui bon. ced. poss. n. 8. Couarruu. Var. Resol. l. 2. c. 1. n. 7. verb. Tertio. Bachou. Vol. 2. D. 24. tb. 4. lit. e. Diff. Hil- lig. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. z. Quod si vero occasione con- tractus adhibita culpa vel dolus impunitus relinquendus non sit, ad extraordinarim hanc Tergi Subsidiarii poenam aliquando urgentibus circumstantiis perueniri posse arbitramur. l. f. §. f. ff. quae in fraud. Cred. l. 24. §. 3. ff. de Minor. l. 9. §. 4. ff. de Dol. mal. Heig. P. 1. qu. 35. n. 59. seqq. & praec. Ludou. Gomez. ad §. Item si quis. l. de Act. n. 42.

THES. V.

Absoluto Tergo Subsidiarii Obiecto generali, su- Obiectum
pereft, ut ad OBIECTVM SPECIALE conuertamur, & species constituit Speciale

E 2

delicto-

ex delictis priuatis ordinariis i. Furtum commune. delictorum potissimas atque notissimas, in quibus Tergum Subsidiarium locum habet, perlustremus; quod ut suo ordine fiat, primo delicta priuata tam ordinaria, quam extraordinaria spectabimus, deinde ad crimina publica progrediemur. (1.) Deprehendimus autem Tergi Subsidiarii usum in priuatis ordinariisque delictis, & primo quidem in furto, (quod an hodie priuatum, an vero publicum crimen sit, huius loci non est excutere. *vid. Cladius Tr. de cond. furt. c. 51. n. 27.*) Postquam enim in *ord. Cr. Carol. a. 157.* furtum primum simplex, exiguum, nec manifestum dupli poenam mereri, furtumque illud manifestum pro delinquentis conditione ob spem emendationis quadrupli poena coerceri traditum est, fures ob inopiam huius poenae praestatione deficientes carceris poena esse afficiendos subiicitur, ne impunes abeant, egentes ipsa egestare audaciores facti *Habn. ad Wesenb. tit. de furt. n. 15. Hunn. Col. Cr. Disp. 1. §. 56. Blumenlach. ad Ord. Cr. a. 157. n. 4. Tabor ad art dict. num. 25. seqq. Matth. Steph. d. l. quae furti poena ad eos, qui pisces ex aquis inclusis subtrahunt per a. l. 3. §. 14. ff. de A. vel A. P. & art. 169. O. C. extensa, Iure Saxon. quoque frequentatur Conſt. El. Nov. 8. §. So viel aber ic. Coler. P. l. Decis. 148. n. 5. Berl. Part. 5. Concl. 51. n. 15. Carpz. Pr. Cr. qu. 84. n. 79.*

2. Officialium res concredi- tas subtra- hentium.

(2) Ad furti crimen proxime accedit delictum Quæstorum, Praetorum, Aedilium, Publicanorum, Forestariorum, Molitorum aliorumque officialium, qui rem aut pecuniam sibi creditam dolo malo, & in fraudem domini in proprios usus conuertunt, quibus, si subtracta quantitas quinquaginta florenos non excedit, iidemque duplo soluendo impares sunt, poena vel carceris, vel temporalis exilii dictatur in edicto de d. 10. Octobr. Anno

no 1584, ab Electore Augusto v. m. promulgato & d. 26.
Iun. Anno 1587. ab illustrissimo Electore Christiano I.
felicis recordationis, repetito ac confirmato, vid. Carpz.
Pr. Cr. P. 2. qu. 85. n. 27. seqq. & P. 4. Const. El. 41. d. 4.5.
Moller. ad d. Const. 41. n. 3. Virgil. Pingizer. qu. Sax. 47.
Magnif. Dn. Struu. in Diff. de Reliquis §. 18. j. Meu. ad
Ius Lubec. L. 3. tit. 8. a. 10. vid. Praejudic. post Weichb. rubr.
Wie ein Ehemann ic.

THES. VI.

Furtum excipit damnum, cui affinis est furtiva ar- Furtiva ar-
borum caesio ab ipso furto distincta l. 1. l. 7. §. 1. l. 8. §. 2. borum
ff. arb. furt. caes. Hahn. ad Wesenb. b. t. n. 5. Steph. ad ord.
Cr. a. 168. Tabor. racem. crim. ad d. t. tb. 1. de qua omit-
tendum non est ex Jure Saxon: quod is, qui arbores
fructiferas, veluti quercus, fagos, pomos, pyros &c.
inutiles caedendo, subsecando &c. reddit, praeter aesti-
mationem illarum pro unaquaque 30. solidos i. e. duas
Sexagenas antiquas mulctae nomine domino soluit, aut
si in aere non habet, unde soluat, carceris vel simili
poena afficitur, per P. 2. Const. El. 37. j. L. R. L. 2. a. 28.
Moller. ad d. Const. El. 37. n. 7. Carpz. Pr. Cr. qu. 83. n. 19.
& 20. ubi Praejudic. Mev. ad Jus Lubec. Lib. 4. t. 4. art.
n. n. 6.

THES. VII.

A Damno progredimur ad Iniuriam, cuius nomi. Iniuria.
nē in actione iniuriarum aestimatoria ad pecuniariae
Quantitatis solutionēm condemnatus, si soluendo non
est, corporali poena suffici potest a. l. 35. ff. de Iniur. ibi-
que Brunnem. & Gotbfred. lit. c. cui sententiae suffraga-
tur euitanda delicti tam frequentis impunitas a. l. 1. §.
f. ff. de Poen. l. 51. ff. ad L. Aquil. l. f. ff. de in ius voc.

E 3

Conf.

Conf. Hunn. ad Treut. Vol. 3. disp. 30. tb. 6. qv. 45. Conf. Schneidew. comm. Inst. ad §. 7. de Iniur. n. 7. Couarruv. Var. Ref. L. 2. tom. 2. c. 1. v. 8. Boer. Decis. 349. n. 8. Berl. P. 5. Concl. 61. n. 87. & 89. Farin. P. 3. Oper. Crim. q. 105. n.

Exemplum
primum.

52. Carpz. Pr. Cr. P. 2. Q. 92. n. 18. Exemplum nobis suppeditat Ord. Cr. art. 215. 216. & 217. ubi iniuriantes fabros murarios vel lignarios ob suscepitam restorationem vel aedificationem patibuli, quando multam marcae auri soluere non possunt, carceris poena afficiuntur. iung. Blumenlach. in Comm. ad art. 216. n. 1. Meu. ad Jus Lubec. L. 1. t. 4. a. 3. n. 23. Bender. de Revision. Concl. 8. n.

Secundum

27. Caeterum in Statutis Lubecensibus is, qui per iniuriam realem vel tundendo, vel vulnerando alteri os frangit, vel laedit, tam iudici, quam parti laesae satisfacere tenetur, & si in aere non habet, in carcerem coniectus per decem hebdomades pane & aqua pascitur, posteaque relegatur, ceu docet Stat. Lubec. l. 4. t. 4. art.

Tertium.

n. ubi uid. Mev. n. 5. Pariter vir, qui virginem vel uxorem diffamat & accusat falso de concubitu & promisso matrimonio, coniactus 80. Marcas Lubecenses soluit, & si in aere non habet, in carcerem detrusus inque eo per semestre spatum pane & aqua cibatus relegatur. Eadem poena in foeminam uirum diffamantem statuitur Stat. Lubec. L. 1. t. 4. a. 3. j. cas. a. 4. & Mev. in d. a. 3. n. 23. de Iure Saxon. vid. Praeiudic. post Weichb. rubr. Wie die Iniurien, so dem Richter ic.

THES. VIII.

Ex delictis
Extraordi-
nariis (1.)
Albi Prae-
toris dolo-
sa corru-
ptio.

Ab ordinariis priuatisque delictas ad Extraordina-
ria couertimur : quo refertur (1.) Albi Praetorii do-
losa corruptio. Theodor. Coll. Cr. Disp. 3. tb. 1. in qua ob
poenae pecuniariae defectum corporis coercitionem in-
uenire

uenire locum, testis est l. 7. pr. & §. 4. ff. de Jurisd. Me-noch. de A. I. Q. 2. Cas. 447. n. 2. id quod utiliter exten-dunt ad eos, qui a Principibus vel Magistratibus in so-lenni loco affixa, vel in solidum vel pro parte lacerant. Conf. Meier. C. I. A. t. de Jurisd. tb. 50. imagines & no-mina eorum, quae ad infamiam in patibulis aliquaque lo-cis publicis collocata sunt, abradunt vel auferunt, Schnei-dew. in Comm. Inst. de Action. §. Poenales n. 22. ceram ab Edictis Principum, valuis templorum portarumue affi-xis, tollunt. Magnif. Dn. Stryk. diss. de Cera rubr. c. 1. iung. Consultiss. Dn. Doct. Thomasius in Dissert. de Jure cir-ca Colores : c. 5. §. 127. aut acta publica, vel alios libros in archiuis depositos corrumpunt. Iason. ad d. §. Pœnales. J. de aet. n. 12. 13.

(2.) Eodem pertinet Malitia temere litigantium (2) Mali-a. c. 5. X. de dol. & Contum. quibus ob aeris defectum tia te-poena corporis afflictuam irrogari posse putamus cum gantium. lac. Schultes in Addit. ad Coler. Decis. 131. n. 5. Martin. om. for. ad Ord. Process. Sax. Tit. 36. §. 1. n. 56. ubi pree-dicium. Idem friuolam revisionem petentes per Recess. mper. de Anno 1654. §. damit dann auch ic. cum poe-nam pecuniariam soluere nequeunt, poena corporali arbitaria afficiendi sunt. vid. Bender. de Reuisionib. Con-lus. 8. n. 28. 29. Non minus in subsidium friuole Leu-erantes coercentur secundum Ord. Cur. Prov. Witteb. Leueran-ibr. von der Leuterung. §. und nach dem. verb. umb eine tium. eld-Busse, oder wo er die nicht vermag, am Leibe soll strafft werden, zur Verhütung des mutwilligen Zands. nf. Carpz. P. 1. C. 20. d. 29. Pari modo iuxta priuile- Appellan-tum Ciuitatis Lipsiensis affliguntur, qui poenae pecu-niae, si friuole appellatum fuerit, soluendae impares sunt,

sunt, ceu docent haec priuilegii verba: So es aber gar arme und unvermögene Leute betrifft, so die angesehne Geldstrafe nicht zu bezahlen hätten, die sollen anstatt derselben, nach Besindung auch eiliche Tage oder Wochen mit Gehorsam oder Gefängniß gestraft werden. iung. Sprenger. in Compend. Juris cam. §. appellantibus temere.

Contumacia in expensas condemnata soluendo non sunt: condemnatum

(3.) Neque aliud de iis sentiendum, qui ob contumaciam in expensas condemnati soluendo non sunt: eos enim ob aeris defectum corporis afflictuam poenam sustinere necesse est a. l. f. ff. de in ius uoc. a. c. 5. X. de dol. & contum. Menoch. de A. J. Q. L. 2. cas. 447. n. 4. Theodor. Coll. crim. Disp. 10. tb. 5. lit. a. iung. Carpz. Pr. Cr. qv. 34. n. 48. Bender. de Reuision. Concl. 8. n. 18. seqq. Iure Saxon. in Ord. Provinc. de Anno 1555. rubr. Consistoria. §. Würde sich aber ic. Specialiter cautum est, ut ad emissam Consistorii citationem desideratamue sententiae latae executionem contumaces 100. florenos mulctae nomine soluerent, & egestare laborantes carcere plesterentur.

Prodiga bonorum decoctione in Creditorum praeiudicium.

(4.) Extraordinarii priuatique delicti reos esse putamus debtiores Decoctores, qui cum aes contractum grauissimo cum creditorum detimento, non casu fortuito, sed dilapidatione sua ad incitas redacti, soluere nequeunt, poena corporali in subsidium merito afficiuntur. a. l. f. ff. Quae in fraud. Cred. Gomes. Comm. J. tit. de action. ad §. Item si quis num. 42. Iason. ad §. f. J. de act. n. 13. Iul. Clar. Sent. l. 5. §. f. qv. 95. n. 5. Eckold. Comp. Pandect. tit. de Cession. bon. ibique Magnif. Schwendendorff. n. 5. Iure Saxon. Electorali decoctores in carcerem publicum in den Schuld-Thurm coniiciuntur. vid. P. 2. C. El. 22. Philippi Vs. Praet. Inst. l. 1. Eccl. 35. Carpz. Asyl. debitis. ad incit. red. Pos. 43. n. 173. Resolut. Grauam. de anno 1653.

1653. 57. tit. von Justiz-Sachen §. damit auch zum Siebenden.
 Hunn. ad Treutl. vol. 3. Disp. 24. tb. 4. tit. j. qu. 34. Iure communi
 Sax. in usu est additio ad manum creditoris L. N. l. 3. a. 39.
 Schneidw. ad §. f. Inst. de Act. n. 18. Berl. P. 2. Concl. 28. n. 14. Heig.
 P. 1. qu. 38. Zang. de Except. P. 2. c. 15. n. 15. Mev. ad Ius Lubec. l. 1.
 t. 3. a. 1. n. 7. seqq.

(5) Iure Saxonico Electorali tempore prohibito aucupium vel Illicitae venationem exercentes, quoties pœnam 100. modiorum auenae venationis vel respectiue 50. aureorum soluere nequeunt, in poenam corporis afflixiuam arbitriam incidunt, per Mand. Elect. de An. 1626. d. ptio.

24. Feb. §. und begehren. j. Ord. Prouinc. rubr. Vogel fahen §. es soll auch ic. Eth hoc, quod dictum est de aucupibus ac venatoribus, obtinet etiam in piscatoribus paupertate pressis, qui contra Ordinat. Prou. incidentibus annis aridioribus riuulos effundunt, vel retribus prohibitis utuntur. vid. Ord. Prou. Ernestino-Albertina rubr. Fisch. Ordnung. §. Welcher Unterthaner ic. verb. der soll umb 50. fl. so oft solches geschicht, oder in Mangel des Vermögens mit einem Monatlichen Gefängniss gestraffet werden.

(6) Personae, quae in gradibus prohibitis sponsalia inierunt, non impetrata dispensatione, quando ob illicitum factum dictata muleta ex earundem facultatibus redigi nequit, carceris poena in subsidium afficiuntur, docente Carpz. Iurispr. Consist. l. 2. d. 129. Sponsalia um inter personas constituta.

(7) Hospites aetiui, qui profusiores sumtus, quam lex permittit, in conuiuia ob infantum natuitatem instituta faciunt, vel eadem contra sanctionem repetunt, item conuiuae, qui conuiuia haecta conuidius, quam constitutio patitur, frequentant, Iure Saxonico muluiorum Etiam soluant, & si facultates deficiant, carcere debitum luant, ne-cessesse est iuxta tenorem Ord. Polit. de Anno 1661. Tit. 17. von Kindstauffen §. 3. verb. bey dem von Adel umb 50. bey Bürger-Stand nach Gelegenheit 40. 30. oder 20. Thlr. die Bauren aber umb 5. Thlr. wie auch die Gäste, wenn sie vom Adel umb 20. Thlr. Bürger-Stand 10. und bey den Bauren umb 2. Thlr. bestraft, und diejenigen, so solche Straffe mit Gielde nicht abzustatten vermögen, 8. oder 10. Tage mit Gefängniss nach Gelegenheit belegt werden.

(8) Tutor ob foenus pupillaris pecuniae per contumaciam Tutoris in non exercitum, aut fundorum omissam comparationem, si non ad foenerandum resarcendum idoneus est, extra ordinem (i. e. corporalida pecunia

pupillari &c. con- ter) coeretur, secundum verba Pauli in l. 49. ff. de admin. tut. ubi tumacia.

Gotbofr. lit. f. it. Bartolus. id quod ne quidem iure Nouellarum eo casu, quo foenerandi vel immobilia comparandi necessitas per N. 72. c. 6. 7. 8. remissa non est, mutatum esse existimamus. *Conf. Hartm. Pistor. l. r. qu. 49. n. 24. seqq. Hillig. ad Donell. l. 15. c. 19. lit. i.*

Ludus pro- hibitus.

(9) Iure Saxon. ludis fortunæ mixtisque contra Ordinat. *Polit. de Anno 1661. T. 8. §. 1. 2.* inhærentes eosdemue in aedibus suis permittentes, singulis vicibus decem thaleros poenae loco soluunt, egentesque octo plurimumue dierum carcere puniuntur *d. O. P. §. 3. Carpz. Pr. Cr. qu. 131. n. 19. Berl. P. 1. Decis. 66. n. 11.*

Vigilis nocturni corruptio.

(10) Secundum Statut. *Lubec. l. 4. Tit. 16. a. 1.* vigil nocturnus, quando in facto illicito deprehensos munere dato dimittit, ne causa ad iudicem deferatur, senatu decem thaleros & sex vini metretas soluit, soluendoque non existens carcere annuo plectitur, posteaque relegatur *Mev. ad Ius Lubec. c. l. n. 9.*

Famuli famulaeue fuga.

(11) Famuli famulaeue accepta mercede aufugientes, *Statut. Lubec.* mercedem domino reddere tenentur, cum eandem reddere nequunt, carceri mancipati mancipataeue per 14. dies pane & aqua pascuntur *Stat. Lubec. l. 3. t. 8. a. 9. ibique Meuius* Iure Saxonico autem in ord. Prouinc. rubr. *Reysige Knechte, und die Dienstboten belangende. §. der Dienstboten.* dispositum est, ut profugos huiusmodi famulos aliosque pigritiae deditos hospitio excipientes ob aeris defectum corporis afflictuam poenam sustineant, *per verb.* der soll von seiner Obrigkeit am Guthe, oder wo ers nicht vermöchte, am Leibe unnachlässlich gestraffet werden.

Impedita debitoris praetextu debiti Sepultura.

(12) Praetextu debiti sepulturam debitoris impedientes quinquaginta libras auri dependere, vel si minus idonei ad eas persolvendas sint, suo corpore poenam luere, voluit Imperator Iustinus in l. 6. C. de Sepulchr. viol. *Theod. Coll. Cr. Disp. 3. th. 10. lit. b. Menoch. de A. l. Q. Cas. 387. n. 19.* quam poenam per grauiorem in N. 60. c. 1. constitutam absorberi putat *Brunnem. in l. 6. C. 1. de Sepulchr. viol. n. 3.*

Deliictum animal no- ciuum a- lentis.

(13) Is, qui bouem cornupetam, equum calcitrosum, aliudue animal nocium sciens alit, damnum ab animali datum resarcire mulctamque dictatam praestare tenetur, cumque ex dolo vel culpa grauiori reus sit, soluendo non existens, corporis afflictuam poenam merito sustinet *a. l. 1. §. f. ff. de Poen. vid. O. Cr. a. 136. ibique*

*ibique Steph. Habn. ad Wesenb. tit. S. Quadrup. paup. n. 6. Coler. P. i.
Decis. 168. Carpz. Pr. Cr. qu. 131. n. 21. seqq.*

THES. IX.

Haec tenus de Priuatis delictis actum est, accedamus ad publicis blica, in quorum censum (1) referimus stupratores ancillarum: Illi (1) Stupratio enim Iure Lubec. cum stupratam ducere detrectant, neque tantum Ancillarum. patrimonium possident, ex quo stupratam dotare & Magistratui mulieram 30. Marcarum Lubecens. soluere queant, incarcerati per 14. dies pane & aqua cibantur, ut commemorat Stat. Lubec. L. 4.

T. 5. a. 2. *vbi vid. Mev. n. 8.*

(2) Huc pertinent Blasphemi, ex ebrietate enormi tales: nam Blasphemia ex illis multa marcae auri puri in Recess. Imper. de Anno 1495. Rubr. ebrietate e- Die Pönderer, so aus Hitze oder Zorn re. indicta est, cui soluen- normi profe- dae impares arbitrio iudicis poena corporis afflictiva afficiuntur.

Conf. Carpz. Pr. Cr. qu. 45. n. 59. Berl. P. 4. Concl. 1. n. 97. seqq.

(3) Homicidio doloso affine est culposum, cuius intuitu, cum Wergeldi ob Wergeldi exactio fieri possit, non raro contingit, ut reus soluendo homicidium non sit, eoque casu etiam in Wergeldi locum poena corporis af- culposum o- flictiva substituitur. Matth. Coler. P. i. decis. 161. n. 67. 68. Moller. ad missa solutio- P. 4. C. El. 12. n. 8. Berl. P. 1. Concl. n. n. 23. Carpz. Pr. Cr. qu. 34. num. 49. & qu. 138. n. 24. *vbi praeiudic. n. 51.* Et haec quidem per indicem quasi exemplorum loco retulisse sufficiat, plura recense- ri instituti ratio breuitatisque cura non permittit.

CAP. IV.

DE
FORMA ET EFFECTU

THES. I.

Forma Tergi subsidiarii consistit in poena corporis afflictuae, Forma. legis & magistratus autoritate, in poena pecuniariae locum surrogatione l. 13. §. 7. ff. *de bis qui not. inf.* Quanta vero poena corporalis in locum pecuniariae substitui debeat, sic determinari potest: ut *quoties lex ipsa certam corporis afflictionem excluso iudicis arbitrio Regula pri- definiuit, eadem praecise, facti veritate perspecta, in reum statuenda ma- sit. a. pr. I. de off. iud. l. 1. §. 4. ff. ad SCT. Turpill. l. 15. ff. admunic.* *Quoties vero certa poena corporalis in pecuniariae locum surrogandae lege expressa non est, illa merito iudicis arbitrio relinquitur, ut cir- Secunda.*

cumstantiarum qualitate diligenter perpensa aequalem pecuniariae poenae poenam corporis afflictuam determinet, neque affeter vel seueritatis vel clementiae gloriam l. u. ff. de Poen. l. i. §. i. ff. de Effract. l. i. §. 2. ff. de Iure del. l. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. naufr. c. 4. X. de off. & Pot. jud. del. O. Crim. a. 150. Tibor. Racem. Crim. ad O. C. a. 158. s. b. 7. 8. 9. Carpz. Pr. Cr. qu. 142. n. 48. Menoch. d. d. I. Q. Cas. 447. n. 34. iung. Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 20. §. 33. in primis autem peritiores (de quo in c. 2. tb. 8. egimus) re sic exigente consulat personaeque qualitatem excutiet: illius enim dignitas saepe efficit, ut paucissimorum dierum incarceratio poenae pecuniariae grauiori aequipolleat, ceu indicat Carpz. Pr. Cr. q. 133. n. 46. j. Schneidw. ad §. Poenales I. de Act. num. 62.

Qu. An Iudex,

qui reum in poenam Pecuniam condemnauit, illique, solutione intra certum tempus non facta, certam poenam corporalem, ut sustigationem, membra amputationem, surrogauit, elapso tempore definito ab inuitu debito-

intra certum tempus non facta, certam poenam corporalem surrogauit, elapso tempore definito ab inuitu debitore ius exigendi poenam pecuniariam habet? Quod affirmatiue decidimus cum Iason in §. Poenales I. de Act. n. 48. Iul. Clar. Sent. L. 5. §. f. qu. 95. n. 7. Boer. decis. 349. n. 8. Scipio Gentil. de iurisd. L. 3. c. 11. poena enim corporalis ad maturandam solutionem in favorem iudicis adiecta est, cui permisum iuri pro se introducto renunciare l. 29. C. de Pact. i. l. 4. §. 2. ff. de Leg. Commiss. praecipue quia pro euitandis corporalibus poenis iudex merito laborat, nec ius exigendi perire volenti suffragatur. a. l. 6. ff. de appell. l. 13. ff. ad l. Aquil. poenam pecuniariam habeat? Resp. affirm. Effectus

Tergi Subsidii principali-

EFFECTVS Tergi Subsidiarii consistit in eo, quod pauper per Tergum Subsidiarium a poena pecuniaria plenissime liberatur l. 17. §. 4. & 6. ff. de Iniur. l. 7. §. f. ff. de Iure Patron. Paulus de Castro ad l. 7. ff. de Iurisd. n. 9. in poenis enim alternatiuis vnum sustinuisse sufficit, qua superata obligatio ex delicto plane tollitur. l. 129. ff. de V. O. c. 70. de R. I. in 6to. Neque enim iuris ratio idem, praesertim in penalibus, bis exigi patitur. l. 57. ff. de R. I. l. 41. ff. de Poen. l. 14. ff. de accusat. quod verum est quoque, ut Iason in §. Poenales. I. de Act. n. 47. & Costal. ad l. 7. ff. de Iurisd. num. 21. existimat,

THESES. II.

Hoc loco non praetereunda est quaestio, *An iudex, qui reum in poenam pecuniariam condemnauit, illique, solutione intra certum tempus non facta, certam poenam corporalem, ut sustigationem, membra amputationem, surrogauit, elapso tempore definito ab inuitu debito ius exigendi poenam pecuniariam habet?* Quod affirmatiue decidimus cum Iason in §. Poenales I. de Act. n. 48. Iul. Clar. Sent. L. 5. §. f. qu. 95. n. 7. Boer. decis. 349. n. 8. Scipio Gentil. de iurisd. L. 3. c. 11. poena enim corporalis ad maturandam solutionem in favorem iudicis adiecta est, cui permisum iuri pro se introducto renunciare l. 29. C. de Pact. i. l. 4. §. 2. ff. de Leg. Commiss. praecipue quia pro euitandis corporalibus poenis iudex merito laborat, nec ius exigendi perire volenti suffragatur. a. l. 6. ff. de appell. l. 13. ff. ad l. Aquil. De Fine hoc loco nonnulla subiiceremus, nisi is ex adductis in c. 2. tb. 3. verb. Non enim & tb. 8. facillimo negotio colligeretur.

THESES. III.

EFFECTVS Tergi Subsidiarii consistit in eo, quod pauper per Tergum Subsidiarium a poena pecuniaria plenissime liberatur l. 17. §. 4. & 6. ff. de Iniur. l. 7. §. f. ff. de Iure Patron. Paulus de Castro ad l. 7. ff. de Iurisd. n. 9. in poenis enim alternatiuis vnum sustinuisse sufficit, qua superata obligatio ex delicto plane tollitur. l. 129. ff. de V. O. c. 70. de R. I. in 6to. Neque enim iuris ratio idem, praesertim in penalibus, bis exigi patitur. l. 57. ff. de R. I. l. 41. ff. de Poen. l. 14. ff. de accusat. quod verum est quoque, ut Iason in §. Poenales. I. de Act. n. 47. & Costal. ad l. 7. ff. de Iurisd. num. 21. existimat,

&

& si tergo in subsidium punitus postea ad pinguiorem fortunam peruerterit, cum is, qui satisfactionem accepit, ius suum remiserit, l. 17. §. 6. de *Injur.* i. l. 14. §. 9. ff. de *Aedil.* Edict. l. 6. §. fin. ff. de *off.*
Praef. Neque in contrariam sententiam dicit exemplum eorum, qui beneficio competentiae muniti solidum soluere non compelluntur, nihilominus ad meliorem sortem delati, residuum praestare iubentur. a. l. un. §. 7. C. de *R. V. A.* i. l. 47. §. 2. ff. de *Pecul.* Plurimum enim interest, vtrum surrogata solutioni poena corporali creditoris satisfactionum sit, quo casu autoritate iuris per corporis afflictionem virtualis solutio contigit, an vero iuris priuilegio suspensa magis quam extinta sit obligatio, quod in iis, qui competentiae beneficio fruuntur, accidit, vbi neque lex, neque creditor animum plenissime liberandi debitorem habere presumitur. a. l. 62. ff. de *Paft.* i. l. 25. ff. de *Probat.* Conf. *Gomes.* ad §. *Poenales.* I. de *Act.* num. 17.

THESES. IV.

EFFECTVS Tergi Subfidiarii MINVS PRINCIPALIS consistit in Minus Principia infamia, quae eum, in quem corporaliter animaduersum est, sequitur, cum delictum, ex quo talis afflictio corporis profecta, est famosum: non enim ieiustus fustium infamiam importat, sed causa, propter quam quis eundem pati meruit, si ea fuit, quae infamiam damnato irrogat. In caeteris quoque generibus poenarum eadem forma statuta est, inquit *Marcellus* in l. 22. ff. de *bis*, qui not. inf. nisi forte in delicto famoso praeter merita delicti seueriori & vindictam publicam respiciente corporali animaduersione statuta, de fama quasi transactum sit. a. l. 13. §. 7. ff. de *bis*, qui not. inf. l. 4. C. ex quib. caus. inf. l. 15. ff. ad *Munic.* l. 10. §. f. ff. de *Poen.* Lex enim plus accipiens, quam debetur, ipsa quoque vicissim aliquid remittit. *Bachou.* ad *Treutl.* Vol. 1. Disp. 8. th. 2. lit. e. verb. idem. *Bernb. Schot.* ad ff. Disp. 17. th. 26. quod usu non esse abrogatum, cum *Brunnem.* ad d. l. 13. n. 2. contra *Groenew.* in d. l. recte asseritur. Vnde in crimen furti, iniuriarum &c. ob inopiam fustigatus infamiam incurrit, ob homicidium, vel incendium culposum sic condemnatus non aequa. *Scipio Gentil.* de *Iurisd.* l. 3. c. 35. *Brunnem.* ad l. 22. ff. de *bis*, qui not. inf. n. 1. *Carpz. Pr. Cr. qu. 131. n. 55.* Neque scrupulum nobis iniicit doctrina *Obiectio Groenew.* ad l. 22. ff. de *bis*, qui not. inf. qui moribus non tam ex causa, *Groenev.* qua ex genere poenae infamiam irrogari credit, sibique suffragari putat *Carpz. Pr. Cr. qu. 136. n. 49.* Sed eundem *Carpzouium de infra-Responso.*

mia facti loqui existimo, cum opinione hominum propterea fustigationi notam adhaerere doceat, quod ea non nisi ex causa famosa vel publico crimine condemnato irrogari soleat. (2) Id quod frequentius est hunc Ictum exprimere puto, ita ut regula constituantur: fustigatus hodie habetur pro infami, ratio, quia plerumque haec poena ex causa famosa infligitur, non exclusa limitatione: nisi ob causam non famosam, ut culpam latam lege non notam poena fustigationis dictata sit, quod infrequentius accidit, inusitatum tamen non est, quandoquidem secundum ipsius Carpzouii sententiam ex lata culpa condemnatus non sit infamis *Carpz. d. qu. 135. n. 5.* *Habn. ad Wesenb. tit. de his qui not. infam. n. 3.* id quod tamen contingere, si ob homicidium culposum poena fustigationis statuta (vide Exemplum apud Eund. *Carpz. Pr. Cr. qu. 27. n. 34.*) reus famae iacturam faceret, vel ob nudam armorum gestationem ex statuto fustigatus pro infami haberetur. Consent. *Brunnem. ad d. l. 22. ff. de his qui not. inf. n. 2. Conf. Hartm. Pistor. O. 177. n. 24. Eberhard. Speckh. c. 1. qu. 15. n. 4. Coras Mischell. l. 1. c. 16. n. 5. Hillig. ad Donell. L. 18. c. 8. lit. t.* qui probabiliter ex iure Civili defendit, fustigatum ex causa non famosa ne quidem facti infamia laborare. *a. l. 14. C. ex quib. caus. inf. l. 12. ff. de decurion.* quam fustigatus secundum mores hodiernos vix effugiet. *vid. Carpz. Pr. Cr. qu. 135. n. 52.*

THES. V.

Cautela pro debitore, qui metuit, ne sibi in carcere moriendum sit.

Colophonem dissertationi nostrae imponat cautela haud inutilis, quam summo commendant opere Dd. quis, qui ob inopiam metuit, ne sibi in carcere moriendum sit, & a carcere & a debito liberari potest. Scilicet haerens in carcere debtor petat, debitum pecuniarium in portionem corporis afflictuam conuerti, eandemque sibi in carcere infligi, atque de cruciatibus corporis, quos perpeccus est, instrumentum probatoris gratia confici, ex quo cum sententiae satisfactum appareat, & ab ulteriori creditoris exactione & a carcere immunis erit *Job. Baptista Asinus de execut. P. 1. c. 93. Barth. Caepol. de Cautel. Rubr. relaxandi incarcaturum. caut. 3. Paul. de Castro in l. si quis ff. de Iurisd. n. 9. Iason. in d. l. Si quis. n. 30.*

Habes L. B. ca, quae de Tergo Subsidario congerere atque differere ingenii imbecillitas institutique ratio permisit. Si meliora Tibi sunt meditata, eadem cum Tui cupidissimo communica, haec satis tenuia aequi bonique pro benevolentia Tua consule, iudicio autem liberali usurus fac, ne illud vel praeceps nimis, vel partium studio corruptum experiar, qui officio pietatis admonitus id ago, ut sit communis vitae laborumque

F I N I S.

Coll. diss. A. 77, misc. 17